


Digitized by Google




M

R. II ed. To. II p. 67 n. 14

8.5.11

LVCÆ PÆTI. I. C.
DE IVDICIARIA FORM.
CAPITOLINI FORI
AD S. P. Q. R.
LIBRI IX.




BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Romæ, in ædibus Populi Romani,
Apud Paulum Manutium,
MDLXVII.

28.3.11

AMPLISSIMO
S. P. Q. R.



Lucas Pætus S. P. D.

IN PATRIAM reuersus, causarum, quæ in Capitolino Foro uersarétur, patrocinium pro uiribus susceptururus, statim ad Municipalia Iura, quibus in eo Foro præcipue utimur, animum applicui, in quibus, non sine labore non nihil (quod sine arrogantia dictum sit) mihi uideor profecisse: uerum cum animaduerterem, tantam Ciuitatem, quæ tot elegantissimas leges uniuerso pæne terrarum orbi tribuerat, barbaris hisce constitutionibus indignam esse, ex quibus potius superiorum temporum, quibus editæ fuerunt, calamitates, quam legum recteq. uiuendi ratio aut forma eliceretur, cum etiam rogatæ & abrogatæ cõstitutiones, ut tẽpora tulerunt, non sine nota promiscue legerentur, pietate motus earundem emendationem & instaurationem, etiam pro Rostris concione habita, Patribus Populoq. suasi: quo factum fuit, ut negotium decem Iurisperitis, in quibus & ego omnium minimus, & decem rerum agẽdarum prudentissimis Ciuibus daretur. qua

in re

in re non parum Patriæ consultum fuisset, ni maleuolorum quorundam opera, negotium penes Paulum III. Pont. Max. a quo approbatio expectabatur, suspensum fuisset. cum autem Pont. mortuo maleuoli quoq; illi decessissent, non perterritus, iterum rem peroptatam aggredior, paucioribusq; negotium, inter quos & ego, publico decreto traditur; quod grauiori & commodiori stilo inceptũ, iterum incassum rediit. Quaobrem cupiens Patriæ, saltem quantum in me est, consulere, operæpretium me facturum existimaui, si ex iis, quæ sunt, constitutionibus, explicitam iudiciariam formulam exciperem; ut ea duce Tirones tutius causas pertractarent, & litigatores minori quam fieri posset dispendio, quod suum est, reciperent, & tutarentur. Hoc autem quidquid est, uobis Amplissimo S. P. Q. R. dico. nihil .n. præclarius uel ab ineunte ætate duxi, quam de Patria benemereri. munus quidem exiguum est, ab eo tamen proficiscitur, qui nihil maius dare potest.

QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

LIB. I.

LIB. II.

De


LIB. III.

LIB. IIII.

De

LIB. V.

Lucæ Pæti I. C. de Iudiciaria Formula Capitolini Fori Liber primus.



Personarum est apud Iurisconsultos prima cognitio *num.* 1.


Vdiciariam formulam ciuilium causarum fori Capitolini recensurus, operæpretium me facturũ existimaui, si prius de personis tum Iudicum, tum Executorum, tum etiam Controuertentium, qui in hoc iudicio partes faciunt, pauca pro tironum introdu-ctione referrem, exemplo Iurisconsultorũ, qui prius de personis, quam de rebus, tractandum esse censuerunt. quibus prius dignissime cognitis, facilius & reliqua percipientur. 1

De electione Senatoris. Cap. I.

Senator origine ab urbe distare debet per quinquaginta millia passuum *n.* 1.
Senator intra tertium consanguinitatis uel affi-

128. 3. 11

SENATOR, qui in Capitolino foro primum locum obtinet, origine ab Vrbe saltem per quinqua-
1 ginta milliaria distare debet, ex stat. lib. 1. cap. 3. & lib. 3. cap. 279. & 330. Nulliq. op-
2 timatum Vrbis consanguitate, aut affinitate intra tertiũ gradum attinere, ex eodẽ stat.
3 lib. 1 cap. 4. Hic olim a Po. Ro. eligebatur, ut innuit stat. prædictum cap. 4. & a Summo Pont. confirmabatur c. fundamenta. §. proinde de Elect. in 6. Hodie uero absq. Populi suffragio solus Summus Pont. eum eligit, quãdoque ad beneplacitum, quandoque ad annum

annum, & ad nutum ulterius prorogat. Hic
4 Senator (ut omittam quã familiam, quosue equos habere debeat, & reliqua, quæ ex feriosa lectur. Stat. lib. 1. cap. 5. colliguntur, & quæ hodie male seruantur, & de iuramento ab eo præstando, eod. lib. cap. 6. quod ho-
5 die plene seruatur) unum Iudicem, suo arbitrio amouendum, habere debet, qui similiter per quinquaginta milliaria origine ab Vrbe distet, qui publicis, priuatisq. delictis superfit: & hic est eiusdem Senatoris in criminalibus locumtenens: hicq. Iudex hodie ex consuetudine subrogatus est in locum illorum duorum, quos Senator ad cognoscendum de criminibus eligere, & secum habere tenebatur. eod. lib. 1. cap. 5.

De electione primi, & secundi Collateralis, & Capitanei Appellationum.

Cap. II.

Collaterales, & Capitaneus Appellationum per quos, et quo modo eligantur n. 1.
Collaterales, & Capitaneus, nisi Doctores, & in iudicando uersati, non eliguntur n. 2.
Collateralibus, & Capitaneo constituendis accedit auctoritas Summi Pont. n. 3.
Primus Collateralis est Senatoris in causis ciuilibus locumtenens n. 4.

Collateralium, et Capitanei officia licet sint annalia, prorogantur tamen, Populo postulante, a summo Pont. n. 5.

Multi pessime meriti officia per ambitionem extorserunt n. 6.

Collaterales, & Capitaneus iurant in manibus Conseruatorum. ibidem remissiue.

Collaterales, & Capitaneus tenentur docere de Doctoratu, & de bene administrato officio. ibidem remissiue.

1 POPVLVS Romanus quatuor Iudicum electores, quos Bussulatores uulgo appellant, publico consilio eligit: qui capta informatione Iurisconsultorum, qui in Italia sint; & origine, ut Senator, ab Vrbe distent, lib. 1. cap. 5. fuerintq. per quinquennium ante publice in aliquo Iurisconsultorum collegio Doctores
2 declarati, & aliquod iudicandi munus exercuerint; & per quinquennium ante simile officium in Curia Capitolina non habuerint, lib. 3. c. 279. nomina eorum, in quos omnes consenserint, singula singulis cereis pilis includunt, & sigillis ipsorū Electorū signāt, ipsasq. pilas in tres sacculos iniiciūt, alterum Primi, alterū Secundi Collateralis, alterum Capitanei appellationum appellant. Qui tamen Capitaneus origine per 60. milliaria ab Vrbe

Vrbe distare debet, lib. 3. cap. 279. nec Senatoris consanguineus, aut affinis sit, & alterius ciuitatis, & comitatus, lib. 1. cap. 172. Deinde per sex menses ante futuram uacationem officii tres pilas ex singulo sacculo, publico ad hoc conuocato Consilio, sorte extrahunt: nominaq. eorum, quos sors ipsa prætulit, una cum Conseruatoribus ad
3 Pont. deferunt: qui unum eligit: isque est uel Primus, uel Secundus Collateralis, uel Capitaneus, ut sacculus dictat, unde sum-
4 ptus est. Et primus Collateralis Senatoris est in ciuilibus locumtenēs. Ipsorū autē Iudicū officia annalia sunt, lib. 5. ca. 38. Et quamuis ultra annum confirmari non possent, seu nō deberent ex stat. prædicto, & lib. 3. cap. 179. uers. item statuimus: consueuit tamen aliquando Ro. Pont. bene se gerentibus (si ta-
5 men id Po. postulat) tempus prorogare: quam etiam prorogationem multi pessime
6 meriti per ambitionem extorserunt. Iurant autem isti Iudices in manibus Conseruatorum, quæ continentur lib. 1 cap. 6 & 8. & 175. Et de Doctoratu, & bene administrato officio docere tenentur. lib. 5. cap. 38. uers. similis.

De officio Senatoris, & Collateralium, deq. Scribis, seu Notariis actuariis eorundem

Cap. III.

Horum

1 HOrum trium iudicum, quantum ad ciuiles causas attinet, in ius dicendo par est auctoritas, atque potestas: siquidem eodem ordine, eademq. censura, & potestate funguntur: omnesq. causas ciuiles, quæ coram eis introducuntur, audiunt, & cognoscunt, & terminant: in dignitate tamen differunt. Primus siquidem Collateralis post Senatoré, qui illustris est, primum locum obtinet: secundus autem secundum. Et quia, ut dixi, primus Collateralis est etiam Senatoris locumtenens. ideo ip
2 se primus Collateralis postquam ad suum tribunal sederit, siue Senator eo die ius dixerit, siue non, ad tribunal Senatoris accedit: ibiq. siquid expediendum restat, expedire consueuit. lib. 4. cap. 1.

Sedere autem de mane circiter horam ter
3 tiam diei die qualibet iuridica ad tribunal debēt, ibidemq. saltem per duas horas, computato tempore, quo primus Collateralis
4 ad Senatoris tribunal sedit, immorari. dic. lib. 4. cap. 1. licet ex uetere statuto etiam de sero ad tribunal ad causas tantum audiendas sedere deberent. lib. 1. cap. 10.

5 Senator unum tantum Notarium actuarium pro ciuilibus causis ad suum tribunal habet, qui Protonotarius appellatur. lib. 1. cap. 17. cuius exercitium, & emolumenta ho

6 die uenalia sunt. singulo enim anno, siue etiam quandoq. triennio a Conseruatoribus ad ipsius Po. Ro. utilitatem licitatur ex largitione Leonis x. Pont. Max. lib. 6. in litteris ipsius Leonis in ordine 15.

7 Ad huius Protonotarii officium pertinet, omnes fideiussiones de non offendẽdo, & illas, quæ uel a carceratis, uel inquisitis præstantur, & quascumq. alias a delicto, uel quasi descendentes recipere: mãdataq. quæcumq. de relaxando carceratos, quæ tum a Senatore, tum a Iudice causarum criminalium, tum etiam a quibusuis aliis Capitolinis iudicibus fiunt, subscribere. hæc colligũtur lib. 3. cap. 322. & hodie scripturas successori in officio consignare tenetur in uim pacti in licitationibus apponi soliti.

Reliqua autem acta, ut ceteri, de quibus statim dicam ipse, scribere tenetur.

Primi uero & secũdi Collateralis Notarii actuarii, qui ante tribunal suorum iudicum sedent, præfinitum numerum non habent: siquidem modo plures, modo pauciores sunt: ii tamen omnes Romani esse debent in albo Notariorum Ro. quod matriculam appellant, solemniter recepti: & fide, & peritia præuio examine rigoroso per Proconsules, & Correctores collegii Notariorũ dictæ curiæ approbati, lib. 3. cap. 288. & lib. 5

cap.

cap. 43. & per prædictos, & Senatorem ad ſcribendum admiſsi eo. lib. 5. cap. 56.

Ad horum officium pertinet, acta omnia, quæ a collitigantibus fiunt, in libro uno ſuis foliis cōpacto ſcribere, & annotare, iura exhibita, & producta ſummo ſtudio cōſeruare, teſtes diligenter examinare, & interrogare, & alia, de quibus dicto lib. 5. ca. 56. & qui primus aditur ſuper cauſa, is cauſæ illius hodie actuarius, & ſcriba eſt: licet alias cauſarum diſtributio inter eos fieret, & rectius, lib. 3. cap. 297. nec de facili remoueri conſueuit, niſi legitima ſuſpitionis cauſa ſubſiſtente, & ter, ut ſuſpectus, a cauſis remotus, officio priuatus intelligitur, lib. 5. cap. 8. In examine uero teſtium paſsim, altera partium petente, illis adiunctus datur. deputationem tamen nō ipſe Notarius, qui deputatur, uel adiunctus datur, ſcribere debet, ſed alius omnino, ex Bal. l. Iudices n. 2. C. de fid. inſtru.

Horum quoq. Notariorum extorſiones, ſi quas ab eis fieri contingat, & cōndecentes mercedes per collegii Correctores corrigū tur, & taxantur. lib. 3. cap. 309. lib. 4. cap. 29. & 31. & lib. 5. 34.

De uita & moribus, quibus uti debent, latius lib. 3. cap. 53. cum multis ſeq. & lib. 5. cap. 56.

De

De officio Capitanei Appellationum, & Nullitatum, deque eius Notario actuario. Cap. IIII.

Capitaneus quas causas cognoscat n. 1.
Capitaneus sedet in Palatio Conseruatorum n. 2.
Capitaneus hodie unum tantum actuarium habet n. 3.
Capitanei Notarius perpetuus est, et subiicitur censuræ Correctorum, sicut alij Notarij n. 4.

1 Capitaneus Appellationũ cognoscit de omnibus appellationibus, quæ interponuntur a Senatore, & quibuscumq. iudicibus Capitolinis, ac quibuscũq. aliis officialibus Vrbis. lib. 1. ca. 164. & 172. etiã cõmissariis. lib. 3. ca. 278. ac quibuscũq. aliis iudicibus in causis, quæ sui natura fori Capitolini essent. lib. 6. in literis Iul. ii. distinctionis tribunalium in ordine 6. Necnõ de nullitatibus quarũcumq. sententiarum, ut supra, latarum, eod. lib. 1. cap 172. & de reductione ad arbitrium boni uiri, & de nullitatibus laudorum quorumcumq. arbitrorum, & arbitratorum, lib. 1. cap. 169. 170. & 173. hic in Pa-
2 latio Cõseruatorum diebus iuridicis de mane hora, qua alios iudices sedere dixi, ius dicit: & duos actuarios, qui forte extrahebantur, habebat. lib. 1. cap. 172. hodie autem

3 tem unum habet, & perpetuum, qui acta cõ
scribit, qui, ut & alii, de quibus supra, pro
4 xime Correctorum disciplinæ, reliquisue sta
tis subiicitur.

De Nuntiis, & Executoribus

Cap. V.

Mandatarij tredecim sunt, scilicet unus pro regione n. 1.
Mandatariorum numerus augetur arbitrio Conseruatorum. ibidem.
Mandatariorum electio, & priuatio pertinet ad Conseruatores, ibidem.
Mandatarij admittuntur cum iuramento, & cautione, remissiue. n. 2.
Mandatarij citant ex officio, nulla Iudicis com missione præcedente, quibusdam casibus ex ceptis. ibidem.
Citandi facultas in causis ab initio commissa-rijs non pertinet ad mandatarios, sed ad cur sores n. 3.
Executores Capitolini fori deputantur, & re-mouentur arbitrio Senatoris, et quale sit eo rum officium n. 4.

NVntii tredecim, quos Mãdatarios nõ male appellant, ex forma statutorum in hoc

hoc foro esse debent, unus pro qualibet regione: quorum creatio, mutatio, & priuatio Cõseruatorũ arbitrio relinquitur. lib. 1. cap. 29. non tamẽ, nisi causa cognita, mutari, aut priuari consueuerunt. Addunt semper tamẽ Cõseruatores aliquem supra numerum, sub prætextu negotiorum Fiscum, seu Camerã Vrbis concernentium, qui idem officium, ut reliqui, habet, & exercet.

Horum Mãdatariorum officium est, post quam fuerint admissi, iurauerint, & cauerint, lib. 1. cap. 26. ex generali mandato sibi a statutis tradito lib. 1. cap. 39. & 40. lib. 4. cap. 3. & lib. 5. cap. 4. etiam nullo alio speciali Iudicis mandato præcedente, ex consuetudine ita inrerpretante (licet incertis casibus citationum Iudicis mandatum in scriptis præcedere deberet d. lib. 1. cap. 40.) quemlibet in Vrbe, & suburbiis ad partis instantiam in ius uocare: & de uocatis, & uocationis modo fidem facere, etiam ad instantiam uocati, lib. 1. ca. 47. cum alias iure communi Iudicis mandatum speciale citationem præcedere debeat, ut dicunt Cy. Bar. Bal. & Saly. per illum tex. l. fi. C. de exhib. re. de quo late per Ant. de Tremo in addi. ad Vber. de Bonaccur. in trac. except. tit. quib. mod. cita. impun. in prima add.

3 Citatio autem per præfatos nuncios facta in

cta in qualibet causa, quæ in hoc foro uentilatur, ualet, & tenet. lib. 1. cap. 39. literis tamen Clementis VII. in fauore Cursorū editis sub anno Natalis Domini 1529. cautum fuit, quod citationes in causis commissariis, ideſt in quibus Papa, uel illius signatura rescriberet, non per alios, quam per solos ipsos Cursores fieri possent, & aliter factæ inualidæ censerentur. Quod quidē Cursorum priuilegium per feli. recor. Paulum iii. in instauratione priuilegiorum Capitolini fori anno illius Pontificatus iii. modificatū fuit, ut locum tantum haberet in illis causis, quæ ab initio per commissiones Apostolicas in eo foro introducerentur, non etiam in illis, quæ ab initio secūdum formam statutorum fuissent introductæ, aut reassumptæ, quāuis in illis aliquæ Apostolicæ commissiones lite pendēte præsentarētur: & hoc iure utimur.

4 Executores, siue apparitores huius fori per Senatorem deputantur, & eius arbitrio amouentur, lib. 1. cap. 5. lib. 3. cap. 279. uer. quia. Ad quorum officium spectat mandata iudicum realiter, & personaliter iuxta mandatorum formam, & tenorem infra triduum exequi: alias nisi de legitimo impedimento docuerint, pecuniariam pœnam incurrunt. lib. 1. cap. 16. lib. 5. cap. 31. pignora uero per eos in causam iudicati capta mandatariis

riis subhastanda, Iudicis mandato præcedente, consignare tenentur.

Qui Capitolino foro subiiciantur: & quo iure utamur. Cap. VI.

In

1 HVic foro subiiciuntur ciues Romani, incolæ Vrbis, & qui in Vrbis districtu inhabitant, lib. 1. cap. 38. lib. 5 cap. 37. lib. 6. in litteris Iulii ii. distinc. Tribu. in ordi. 12. sæpissime per alios summos Pont. confirmatis, & innouatis.

2 Ciues ex priuilegio, quantum attinet ad immunitatis priuilegia, illi esse intelliguntur, qui cum aliunde originem traxerint, priuilegium ciuilitatis a S. P. Q. R. obtinuerunt, & domum in Vrbe, & uineam in circuitu Vrbis infra tertiũ milliare possidet, & in Vrbe cum sua familia per tres anni partes in

tes inhabitant, lib. 1. cap. 156. & lib. 3. cap. 250. licet alias statuto circumscripto ex solo priuilegio uere ciues cõstituantur. Bar. con. 62. punctus talis est, quidam.

3 Ceterum quo ad forũ nemo est, qui ignoret, ciues origine, manumissione, & adoptione, siue allectione fieri .l. 1. & ibi glos. .ff. ad municip.l. ciues, & ibi glos. C. de Incol. lib. x. & utrobiq. doc. in hac. potissimũ ciuitate, quæ iure cõmuni omniũ patria est. l. Roma. ff. ad municip. glos. d.l. ciues. Et ideo Rot. stilus declarauit, ut etiam legatis ciuitatum Romæ conuentis, ius reuocandi domum non competeret. Rot. decis. 8[illegible]. alias de fo. comp. 6. nota. quod illi in antiq.

4 Incolæ autem sunt illi, qui ad Vrbem cum familia, & bonis, seu maiori parte bonorũ, se contulerunt, inibi domicilium eligentes ea mente, ut ibi perpetuo sint. l. pupillus. §. incola ubi doctiss. magister meus Alciat. ff. de uerb. signi. d.l. ciues. C. de Incol. lib. x. quæ mens multifarie declaratur, & coniicitur.

5 Et primo uerbis expressis, ut siquis declarasset se ad Vrbem inibi perpetuo mansurũ cõtulisse. Abb. c. fi. ad fi. extra de Paroc. Dec. cons. 283. nu. xi. Alciat. qui prædictos refert. d. §. incola. Sozzi. iun. cons. 7. num. 5. uol. 2.

Hinc dicebam alias in facti contingentia, quod

quod aduena quidam Romam incolens, qui coram Auditore Cameræ cõuentus causam contra se motam uigore priuilegiorum Ro. Po. concessorum in foro Capitolino reassumi fecerat, iam se incolã declarauerat, adeo ut iterum in alia causa reus in dicto Capitolino foro conuentus forum declinare non possit. ex prædictis.

Secundo animus iste ex coniecturis elicitur: nam siquis uenditis bonis, quæ in loco originis habebat, se ad Vrbem cum ea, quã habet, familia conferat animum, contrahendi incolatum habere præsumi dicendum est Io. de plat. d. l. ciues. Alciat. d. §. incola. Qua in re animaduertendũ est, quod statim, quod quis in loco domicilii aliqua bona possidet, ibi maiorem suarum fortunarum, partem habere præsumitur, si alibi maiorem partem habere non probatur. Io. de plat. d. l. ciues. post num. 5.

Eadem coniectura (et erit tertius casus) militat in eo, qui per decennium incoluit: nam si hic non doceat animum discedendi habuisse, incolam se constituere uoluisse præsumitur. l. 2. ubi glos. Io. de plat. Bal. & Ang. C. de Agri. & consi. lib. x. Bar. l. lex Cornelia. §. si. tamen. ff. de iniur. Sozzi. cons. 129. nu. 2. in fi. Alciat. d. §. incola.

Ex his ĩcolis excipiũtur, ut huic foro Capito

lino non subiiciantur, ex literis Iul.ii.distin cti.iurisd.de quibus supra, Campsores & notabiles mercatores Ro.Cu.sequentes, oratores Principum, & Vniuersitatum, siue ciuitatum aliquarum, familiares Reuerendiss.Cardinalium, continui commensales dumtaxat, & officiales Ro. Cu. dumodo ipsi familiares & officiales Romani non sint, item & curiales Ro.Cu.sequentes, & in illius usu existentes. hos enim, etsi incolatum cõtraxerint, Capitolino foro minime subesse uoluit Pontifex.

6 Ex uerbis proxime relatis, positis in literis prædictis, Curiales Ro. Cu. sequentes, & in illius usu existentes, respondebam alias quibusdam, qui asserebant caupones, salsamentarios, cupedinarios, & huiusmodi genus hominum propter Ro. Cu. Romæ habitare, & ex consequente Capitolino foro non subesse, longe decipi, cum in istis usus curiæ non consistat, nec ipsi in curiæ usu. Curiales enim, & in usu curiæ existentes, Aduocati de numero, Procuratores, Sollicitatores siue Pragmatici, Notarii, Scribæ, & similes. Qui Ro. curiam, quo se transferat, sequuntur, dici possunt, & uere sunt, in casu prædicto. cum igitur ad purificationem, & uerificationem dispositorum copulatiue requiratur utriusq. copulati concursus l.si heredi

heredi plures .ff. de condic. insti. Ancha. cons. 205. præmittendum n.3. per Bal.l.i.ff. de iust. & iur. nisi ambæ qualitates curialitatis, & usus curiæ concurrant, exemptioni locus non erit. cui conclusioni adstipulantur uerba earundem literarum ibi Statuimus, quod omnes incolæ Romæ habitantes &c. Nam si omnes præsumerentur ratione curiæ Vrbem incolere, ut illi asserebant, regula frustra affirmatiue fuisset constituta.

7 Districtuales appellãtur a statuto omnes, qui ab Vrbis, & statutorum iurisdictione distringuntur. Nam quemadmodum territorium a terrendo dictum est.l. pupillus.§. territorium .ff. de uerb. signi. ita districtus a distringendo appellatus est. Ang.l.fi.col.2.uer. in textu.ibi territorium .ff.de iuris om. iud. Abb.cons. 20.lib.1.n.2.Fely. C.Rodulphus. uerb. districtus extra de rescrip.

Est autem districtus secundum Bal. c. 1. .§. fin. ad fi. quib. mod. feud. amitta. Iurisdictio territorii, & hominum. quam definitionem ampliando Aret. cons.97. Et ratio scribendi, dixit, quod districtus est proprie dominium, uel territorium accedens ciuitati in subiectionem ultra fines simul cum ciuitate statutos: intra quos quicquid est, uocatur territorium. Quem refert Fely. d. c. Rodulphus. uerb. districtus, uers. dixit

etiam. Et in effectu districtus est idem, quod territorium. Card. Clem. ne Romani. §. sane. de elect. decis. cons. 17. uers. secundo. & in effectu sentit Aret. ubi sup.

Districtus Vrbis olim porrigebatur usq. ad centesimum milliare. l. i. §. cum Vrbem. & ibi Bal. & alii. ff. de offi. præf. urb. Hodie ad quadraginta tantum lib. stat. 1. cap. 3. & ita ab immemorabili tempore citra seruatum fuit tum in dicto Capitolino foro, tum etiam per Vrbis præfectos, & alios, qui in districtu iurisdictionem exercent.

8 Ciues igitur (ut ad eos redeam) priuatiue huic foro Capitolino subiiciuntur, a adeo ut nec alienæ iurisdictioni se submittere possint. lib. stat. 1. cap. 38. nisi de obligatione in forma Cameræ, & obligatus uiueret, agere tur ut in literis Alex. VI. in forma Motus propii in princ. 4. li. stat. quo casu inter Aud. Cam. & Capitolinā curiam præuentioni locus est: idest ubi Actor iudiciū cœperit, ibi terminari debeat, ut pluries per fel. re. Paulum iii. declaratum, & illius tempore usu receptum fuit.

In causis etiam mercedum inter Senatorem & illius Iudices, & Gubernatorem præuentioni locus est: quamuis ciuis aut incola, uel de districtu Reus sit: & si concurrant in tempore, Senator præfertur, ex dictis literis Iu-

ris Iulii ii. lib. 6. cap. 12.

Et quamuis res aliquas siue soli, siue mobiles, aut se mouentes in aliqua ciuitate, uel loco distriṭus Vrbis ciues possideant, ibi inuiti forum non sortiuntur, sed Romam reuocandi ius habent. lib. 3. cap. 62.

Quinimo & si de feudo, quod in districtu sit, inter dominum, & feudatarium Romanum controuertatur, quæstio coram Senatore tractanda erit: licet inter plures feudatarios litigantes dominus cognoscere deberet, ex stat. lib. 1. cap. 138.

9 Hæc de ciuibus, incolis, & districtualibus qui sacris initiati non sunt, dicta intelligantur. Nam Clerici statutis certe ordinatoriis non subiiciuntur: nec forum Capitolinum sequuntur, nisi ex regula Actores forum Rei sequantur l. in criminali. C. de iurisd. om. iud. l. fi. C. ubi in rem act. de qua re latius c. si clericus laycum cum concor. de fo. comp. per Alex. cons. 103. uol. 5. ad fi.

10 Item prædicta de ciuilibus causis intellige. Nam quod ad criminales attinet, si delictum uel Romæ sit commissum, uel reus apprehendatur præuentioni inter Gubernatorem, & Senatorem maxime in causis grauioribus homicidii, pacis fractæ, cautionis de non offendendo præstandæ, locus est ex litteris præfati Iul. ii. & aliis quibusdam capitu-



lis eiusdem Iulii lib. 6. cap. 6.

11 Marescallus autẽ, qui hodie Iudex Curiæ de Sabellis appellatur, nullam nisi in Curialibus masculis, & feminis iurisdictionẽ nec in ciuilibus, nec in criminalibus exercere potest. ex literis Iulii præfati.

12 Vtimur autem in hoc foro, & ubiq. inter Romanos, & statutis subiectos in primis iure municipali,& statutaria decisione: ea autẽ cessante, idest ubi statuta non disponunt, iure ciuili: & iis cessantibus, iure canonum: ex stat. lib. 1. cap. 6. uersi. statuta. & lib. 5. cap. 37. Quod statutum, præsertim cum sit per Papam confirmatũ ex literis Leonis X. lib. 5. in fi. ualidum, & obseruandum est. Abb. c. quod clericis circa fi. de for. cõp. Alex. cons. 177. uiso themate. ante nu. 3. uer. 2. late per doc. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

Et non solum in Vrbe inter prædictos, sed etiam inter homines de districtu etiã extra Vrbem litigantes in decisoriis statuta hæc, & succesśiue ius cõmune, & in defectũ utriusq. ius canonum seruari debent. Bar. l. ex ea causa ad fi. ff. de postul. deci. cons. 17. uiso puncto. uers. secundo principaliter: quod etiam expresse cauetur proxime relatis literis Leonis X.

Et hæc adeo uera sunt, ut, etiam si aliqua castra, uel ciuitates in districtu existentes

a iuris-

a iurisdictione, & districtu exempta demon strarentur, adhuc in eis hæc municipalia iura seruari deberent: nisi alia particularia locorum statuta aliter disponentia apparerent. Alexand. consil. 151. colum. 2. uersic. præsupposita uolum. 2. Corn. cons. 151. 13 ad fin. uol. 3.

Sed siquid iure ciuili dubium esset, iure canonũ clarum, ut de legitima, & Trebellianica dicitur in c. Raynaldus. de test. uel quid tale, tunc puto attendendum ius canonum ad nor. c. 1. & 2. extra de no. ope. nunc. per glos. & doc. c. uenerabilis qui fil. sint leg. per Bar. l. i. C. de sacrosanct eccl. cum simil.

De Minoribus, eorundemq. tutorum, & curatorum deputatione.

Cap. VII.

Annum uigesimum agens de iure municipali Vrbis Romæ reputatur pro maiori n. 1.
Maior ex forma statutorum Vrbis an possit petere in integrum restitui. ibidem remissiue.
Minores in Vrbe agere debent secundum formam iuris communis n. 2.
Minoribus per Iudices Capitolinos, & quandoq. per Notarios ab eis deputatos tutores, & curatores dantur. ibidem.
Contra minores habentes, uel non habentes tu

 torem

MInor ætas iure cōi extrema die anni XXV. expletur .l. 1. §. prætor. & §. apparet ff. de minor institu. de curat. in princ. iure isto municipali maiores
1 annis XX. in quolibet actu, & negotio pro maioribus reputantur, lib. 1. cap. 65. extremo igitur die anni xx. iure isto minor ætas expletur, & maior xx. uere maior efficitur in omnibus. Corn. cons. 108. in præsenti consultatione nu. 6. & seq. add. plena ad Bal. l. unica.

unica. ſi de momen. poſs.fue. appel. in fi. in uerb. ultimo. ubi etiam numquid huic pro maiori habito reſtitutio in integrum, ut mi nori concedatur remiſsiue.

2 Minores igitur, qui agere uolunt, formã a iure traditam obſeruent.l. 1.& per tot.C. qui leg.perſo.ſtan. in iud. hab. l. non eo mi nus &.l. neq; tutores. cum not.C.de procur. circa quæ uoluit ſtat. lib. 1. cap. 44. quod iu dices Capitolini omnibus iuſte petentibus tutorẽ,& curatorẽ dare teneantur. Et ſi in- firmi,aut abſentes hoc deſiderant,& præſer tim uiduæ,quæ pupillis ſuis curatores aut tu tores petere uolunt, uel de actore ad lites prouidere, Iudex Notariũ delegare poſsit, qui & inſtrumẽtũ celebrationis cõſcribet, & decretum tutelæ, ſiue curæ,& deputatio- nis actoris ad lites interponet: quo remedio pauperibus, & impeditis egregie conſuli- tur. delegationis autem decretum per acta alterius Notarii interponi debebit. ex Bal.l. iudices.C. de fid. inſtru.non enim rationi cõ ſonum uidetur, ut ipſe idem de ſua iurisdi- ctione teſtimonium ferat.

3 Siquis autem contra minores actionem inſtituere uelit, ſi illi tutorem, aut curato- rem habent legitimum, ſiue legitime depu- tatum, eosdem minores,& tutorem, ſiue cu ratorum coniunctim citari faciat modo, &

forma

forma, ut de maioribus, & eorum procura toribus, infra titu. de in ius uocan. dicetur. ex stat. lib. 1. cap. 43.

4 Si curatorem, aut tutorem non habent, & adulti, uel pupilli proximi pubertati sint, ter citentur ad comparendum legitime sub gra uaminis comminatione. et si contumaces extiterint, grauamen decernatur Iudicis arbitrio: ut tædio affecti legitime compareant, aut sibi de curatore prouideri faciant. Et si in cōtumacia perstiterint, alterato gra uamine procedi poterit ad misionē in pos- sesionem, & ad subhastationem, & licita- tionem, siue deliberationem bonorū, ac da tionem in solutum seruata forma stat. lib. 1. cap. 79. quod stat. licet de dote repetenda lo quatur; tamen in quolibet prætorio, & iu- diciali pignore seruatur. lib. 4. cap. 24. Quod si interim citati ipsi compareant, & se tuto- rem, aut curatorem non habere dixerint, & nominēt curatorem acceptare paratum, po terunt in causa per sex dies supersederi ob- tinere, infra quos sibi de nominato prouide ri faciant: quibus elapsis si cessauerint, ad prosecutionem causæ grauaminis procede- tur. Hæc omnia ex lib. 4. cap. 2

5 Sed si properet quispiam curatorem habe re, ut ad merita descendat, citatis supradi- ctis minoribus adultis, & pubertati proxi- mis,

mis, ter intelligo (cum non aliter quis con tumax in proposito dici posſit, nisi ter cite tur.l.ad peremptorium.ubi glos.ff.de iud.l.i. ff.de requiren.reis.l.tres denunciationes.C. quo.& quand. iud.l. contumacia.§.cõtumax. ff.de re iud. maxime quia contumax in ſtat. de quo loquimur,lib.4.ca.2.in primo caſu ap pellatur is, qui ter citatus ceſſat cõparere) citatis inquam ter minoribus ad comparen dum legitime, alias uidendum ſibi prouide ri de curatore ad litem, quam inſtans contra citatos intẽdit mouere ſuper domo, uel caſali, primo pro prima ad primam diem, & ſubſequenter ſecundo pro ſecunda, & ter tio pro tertia. illisq. contumacibus exiſtentibus, Iudex curatorẽ ad illam litem aliquẽ onus ſuſcipere paratũ deputabit ex prædic. ſtat.lib.4.cap.2.uerſ. posſit. Et hic curator promittet utilia facere,& inutilia prætermit tere: & alia de more apponi ſolita. Et de prædictis cauebit dato fideiuſſore: nam hoc iure cõmuni requiritur, licet circa hoc ſtat. non diſponat. authen. ut hi qui obligatas.§. fi.&.l.& ſi ad ſpecies. &.l. non quaſi in princ. ff.rem pupil. ſal. fo. & inſtit. de ſatiſd. tut.in princ. Inuentarium tamen iſte ad lites datus curator conficere non tenetur, ut dicit Spec cul. de Actore ab uniuerſitate dato.§.2.uers. puberes. Rot. de iud. prima alias 45. curator

rator in nou.

6 Poterunt etiam interrogari agnati, & cognati, si sint, uel esse uelint tutores impuberum: et si excusationem non habeant, cogentur tutelam suscipere ex eod. stat. lib. 4. cap. 2. uersi. interrogari.

7 Sed si conuenti infantes essent, aut infantiæ proximi, tunc inquit stat. dic. lib. 4. cap. 2. uersi. in aliis, seruetur forma prioris statuti. Prius autem stat. est, ut arbitror, lib. 1. cap. 43. quo cauetur, quod Iudex requisitus primo loco legitimũ dare teneatur: eoq. cessante, ut quia uel non adsit, uel excusationem habeat, alium ex inquisitione deputet.

8 Sciendum tamen, quod qui ex inquisitione datur, cauere non tenetur .§. item ex inquisitione instit. de satisd. tut. de forma autem inquisitionis est tex. l. naturali .§. si quæratur ff. de confir. tut. per Bar. l. scire .ff. de tut. & curat. dat. per Bal. l. omnem. C. ad Tertul. hos autem legitimos, & ex inquisitione datos cogere debet Iudex ad onus suscipiẽdum.

9 His uero deficientibus, Iudex ad illam specialiter litem (intelligo parte citata, & cum fideiussore, ut dixi supra uers. sed si) curatorem, uel actorem deputabit. & hæc eadem forma quo ad omnes pupillos seruabitur ex prædic. stat. lib. 4. cap. 2. uersi. in aliis. Quod

quidem

quidem ſerioſum, & laborioſum admodum uiſum eſt: ideo uſu receptum eſt etiam in infantibus utriusq. ſexus, ut curator ea forma, de qua ſupra prox. uerſ. ſed ſi properes, deputetur, ex uerbis (ut arbitror) prædicti ſtat. lib. 4. cap. 2. uerſ. ubicumq. Quod quãuis durum uideatur, cum incontinenti uideatur præcedentia corrigere, uſu tamen, ut dixi, ita receptum eſt: & forte, ut lites citius dirimantur. male uero multoties pauperibus infantibus conſulitur: minime tamen mutanda cenſeo, quæ certam interpretationem receperunt ad.l. minime cum not. ff. de legi.

10 Sed ſi non reperiretur, qui onus tutelæ uel curæ acceptare uellet, uel quia pupillus pauper eſſet, uel de re modica ageretur, poſſet iudex pupillis, uel adultis de procuratore ad cauſam illam prouidere, ex prædic. ſtat. lib. 4. cap. 2. in fi.

11 Animaduertendum tamẽ eſt, quod ſiquis, ceperit uiam grauaminis, non prohibetur ex eo ſtat. lib. 4. cap. 2. ad uiam deputationis curatoris in contumaciam deuenire. Et ex contrario, dummodo citationes legitime in quolibet actu fiãt: cum citationes ſub comminatione grauaminis ad deputationem curatoris non deſeruiant, nec ex contrario. Bar. l. aut qui aliter. ff. quod ui, aut

clam.

clam. Aret. §. omnis num 13. institut. de uerborum oblig.

De in ius uocando. Cap. VIII

In actibus

In actibus intermedijs citatur procurator: alioquin citato domino, et nemine comparente, uitiaretur actus n. 12.

Citatio super intermedijs si fiat personaliter, fit sine schedula: si domi, cum schedula n. 13.

Citationes, quo ad tempus attinet, quo modo subordinentur n. 14.

Datur casus, in quo ualet citatio procuratoris ad sententiam n. 15

Vniuersitatis citatio quo modo sit facienda n. 16.

Si nuncio fiat iniuria a persona, uel uniuersitate citata, quid faciendum n. 17.

Monitio Iudicis æquipollet citationi n. 18.

Dies iuridica quo signo dignoscatur n. 19.

CIues abſentes, qui cum eorum familia extra Vrbem habitant, in initio cauſæ per edictum, quod Senatus appellant, citari debent, lib. 1. cap. 41. cuius edicti forma hæc eſt.

Nos Flauius Hermes Lucēſis, almæ Vrbis Senator Illuſtris, ad petitionem, & inſtantiā Sempronii Attabi Ci. Ro. hoc noſtro præſenti citatorio edicto committimus, imponimus, & mandamus tibi Parmenoni, uobisq. ceteris nūciis iuratis Capitolinæ curiæ, quatenus unus ueſtrum, qui primo fuerit ex parte dicti Sempronii requiſitus, uadat, & perſonaliter ſe conferat ad ciuitatem Tiburtinam

nam districtus Vrbis, & ad domum solitæ habitationis, & residentiæ Simonis volsci ci. Ro. dictæ ciuitatis Tiburtinæ habitatoris, ex aduerso principalis, eundemq. moneat, citet, & requirat personaliter, si reperiri poterit, alias ad domum eius solitæ habitationis, & residentiæ in dicta ciuitate Tiburtina, publice, & alta uoce uicinis audientibus, & dimissa copia præsentis nostri citatorii edicti in ualuis domus eius solitæ habitationis affixa, secũdum formam statutorum Vrbis: seu, si domicilium reperiri non poterit, dimissa copia in manibus inibi iustitiam ministrantium, quatenus prima die iuridica, & hora audientiæ consueta, qua nos ad tribunal iuris ad iura reddendum, & causas audiẽdum sedere contingct, post terminum trium dierũ a die præsentationis, & executionis præsentium computandorum, ueniat, & compareat coram nobis in Palatio Capitolii, loco & hora prædictis: seu mittat eius legitimum procuratorem plene instructum, & informatum, qui de omnibus infrascriptis sit plene instructus, & ad ea habeat plenum, & sufficiens mandatum, ad uidendum productionem libelli, siue summariæ petitionis, uidendum admitti, & respondendum illi in causa, & causis, quas dictus actor contra præfatum citatum habet, & mouet, ac habere, & mouere

mouere uult,& intendit, de & ſuper mutuo, & reſtitutione certæ quantitatis olei, & fru menti, & alias prout in dicta petitione con tinetur, necnon in aliis ſequentibus diebus, ad conteſtandum, conteſtariq. uidendum li tem, iurandum, iurariq. uidendum de ca- lumnia, alias uidendum pronunciari litem haberi pro conteſtata, & iuramentum ca- lumniæ pro præſtito iuxta formam ſtatuto- rum, & ſubſequenter ad uidendũ productio nem articulorum, dicendum contra, uiden dum illos admitti, iurare teſtes tam ſuper il lis, quam tota cauſa, & ad dandum tempo- re debito interrogatoria, ſi quæ dare uolue- rit, & ad uidendum productionem omnium iurium, ſcripturarum iuſtrumentorum, & documentorum ad cauſam, & cauſas huiuſ- modi facientium, & dicendum contra, illa- que, & illas, uidendum admitti, & iurare te ſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit; necnon uidendum in cauſa prædi- cta, quatenus opus ſit, præfigi tam primam, quam ſecundam, & tertiam dilationes ſta- tutarias. et ſiquam habet cauſam rationabi lem, quare præmiſſa fieri non debeant, al- legandum: ſub comminatione, quod in eius contumaciam procedetur contra ipſum in futurum per affixionem citationis ad ualuas domus ſolitæ habitationis ipſius citati hic

in Vrbe, si talis habitatio reperiri continget, alioqui ad ualuas Palatii Curiæ Capitolinæ ad omnes, & singulos actus prædictos, aliosq; quos ordo causæ, & causarum prædictarum postulabit: sub comminatione etiam, quod in dicta ciuitate Tiburtina ulterius ad aliquem actum non citabitur, præterquã ad sententiam difinitiuam audiendam. Relationi autem de præmissis per te nuntium fiendæ plenam fidem adhibebimus. Dat. Romæ in Palatio Curiæ prædictæ, sub anno &c.

Hæc citatio, ut ex illius lectura apparet, per nuntium, siue mandatarium Curiæ exequi debet ex stat. lib. 1. cap. 42. non autem per Notarios, & alios officiales, ut aliqui fecerunt, & male. Et personaliter quidem exequi debet, si citati copia haberi potest: sin minus, ipsa citatio assignari debet domino loci, ubi citatus degit, aut illius loci rectoribus, seu iustitiam ministrantibus, uel saltem alicui, qui dictum edictum legat: uel si non inuenerit, ipse saltem nuntius edictũ publice ostendendo dicat, qui sint citati, ad quorum instantiam, & coram quo iudice, lib. 1. cap. 42. Vsus tamem salubriter repertit, ut, Reo non reperto, copia citationis in ostio domus citati affigatur; uel in subsidium in manibus domini, uel uicarii loci relinqua-

relinquatur, ut in ipſo edicto dicitur, ex auctoritate ſeu potius augumẽto alterius ſtat. lib. 4. cap. 3. Cum qua copiæ affixione magis ſpecifice ſatisfit menti ſtat. requirentis notitiam citati, quam ſi nuntius proclamaret ante domum, uel in eo caſtro quis citetur.

3 Ad ſententiam audiendam cum ſuis circumſtantiis, ſcilicet uidendum deferri iuramentum in ſupplementũ, & concludendum alia, & ſimilis citatio requiritur dicto lib. 1. cap. 41. lib. 4. cap. 3. & lib. 5. cap 4.

4 Sed & ſi Reus citatus procuratorem, qui etiam defenſionem ſuſceperit, ad Vrbem miſerit: adhuc ipſe principalis ad ſententiam audiendam citandus erit: quia ſolius procuratoris citatio hoc caſu non ſufficeret, lib. 1. cap. 46.

Sicut nec etiam ſufficeret, principalem, etiam Romæ degentem, ad ſententiam, uel ad habendum pro confeſſo citaſſe, niſi & procurator inſimul citaretur, lib. 5. cap. 4.

5 Et quamuis aliqui crediderint, in executione teſtamentorum, inſtrumentorum, & miſsione in poſſeſſionẽ ex primo, uel ſecundo decreto nõ ſolum principalem, ſed etiam procuratorem citandum eſſe ex prædic. ſtat. lib. 5. cap. 4. Tamen aperte demonſtratur ex eiuſdem ſtat. uerbis, dictos caſus a ſtat.

In ceteris autem iudiciariis actibus, ut in productione articulorum, & iurium, iuramento testium, & similibus, ciues prædicti absentes, si procuratorem non miserint, domi solitarum habitationum citari debent; dimissa tamen copia in manibus inibi habitantium, aut ad ualuas ianuæ affixa, dic. lib. 1. cap. 41. & lib 4. ca. 3. si memoria sit, ubi habitare consueuerint: alias affigetur copia ad ualuas Curiæ, ut supradictum est, & in edicto comminatur.

6 Aduenæ absentes, qui forum in Vrbe sortiuntur, modis suprascriptis in omnibus, & per omnia citãtur, ut ciues, & in petitionis productione, & quando actor uult mitti in possessionem, ex primo uel secundo decreto, & in executione instrumentorum, & ad sententiam audiendam, dic. lib. 1. cap. 41. uer. forens. Nec me mouent uerba illius statuti in fine, quæ sunt hæc: In aliis autem actibus iudiciorum non expediet eos citari, si fuerint contumaces, dumtamen in prima citatione expresis iis, quæ supra sunt scripta, comminetur eis Iudex, quod ulterius non citabũtur; sed eis absentibus in singulis iudiciorum actibus usq. ad sententiam procedetur: quoniam illa uerba usq. ad sententiam intelligo exclusiue tum ex natura dictionis, Vsq. & subiectæ materiæ qualitate ad Bar l.

patronus.§. sempronio de leg. 3. cum aliis cumulatis per Tiraquel. de retrac. cõsang.§. 1. in glos. 11. n. 66 tum ex eo, quia stat. supra explicite citationem ad sententiam audiendã fieri uoluit: & in ciue absente in eodẽ cap. utramque citationem, uidelicet in initio litis, & ad sententiam requisiuerat.

Et quamuis Statutum prædictum expresse disponat, quod, si aduenæ prædicti contumaces sint, non debeant ulterius super intermediis citari: putarem tamen urbanum admodum esse, si ad ualuas Curiæ super intermediis citarẽtur: et ita eis in edicto comminaretur argu. alterius stat. lib. 3. cap. 238. quo cauetur, quod si aduenæ Romæ apprehẽsi, & moniti certo ibi expresso casu cessent domicilium eligere, per affixionem ad ualuas curiæ citati comdemnentur. Et ita usu receptum est in quolibet aduena, ut supra, monito, & cessante, uel procuratorem constituere, uel domicilium eligere, ut per affixionem cedulæ citatus (si Actor suam intentionem probet) condemnari posit: nec sine ratione, quia qui alibi domicilium habẽt cogi possunt ad eligẽdum in ciuitate, in qua litigant, locum, ubi citari possint. Bal. & post eum Alex. l. qui ante calendas. n. 14. ff. de uerb. oblig.

7 Ciues autem, & incolæ præsentes in Vrbe in

be in productione libelli in ſcriptis perſonaliter, aut domi dimis.copiis in manibus domeſticorum, uel in oſtio affixis, una die pro alia citari debent d. lib. 1. cap. 40. lib. 4. cap. 3. & lib. 5. cap. 4. quod ſtat. iuri communi conforme eſt. Ias. l. pleriq. in princ. ff. de in ius uocan.

8 Nec tenetur hoc caſu nuntius, ſicut nec etiam in ſupraſcriptis, facere diligentiam prius de reperiendo perſonaliter, uel de hoc fidem facere: quoniam illud ſufficeret, ſtatuto circumſcripto; & ut aliquid ſtatutum operetur, diligentia tollitur. Abb. conſ. 42. in quæſtione n. 2. Vol. 2. Alex. l. 4. §. prætor ait n. 10. uerſ. quærit hic Bal. ff. de dan. infec.

9 Sed eſt quæſtionis, numquid ſufficiat, ſi citatio ad apothecam, uel ſtationem, ubi citatus non habitat, facta ſit? Et quidem, quantum ad ſtatutum attinet, non ſufficit. domum enim ſolitæ habitationis requirit ſtat. lib. 1. cap. 40. lib. 4. cap. 3. ibi in manibus cohabitantium, & lib. 5. ca. 4. & hoc etiã circumſcripto ſtatuto, uoluit Bar. l. item apud laborem. §. conuicium. ff. de iniuri. & l. 4. §. prætor ait n. 8. ff. de dam. infec. & ibi Alex. n. .. quo in loco plures quæſtiones reſpectu domus habitationis, & quando quis modo in uno, modo in alio loco habitat, reperies deciſas.

10 Sed & ſi forte ante inceptum iudicium procurator conſtitutus reperiretur, ut ſæpe contingit, cum de præparatoriis diſputatur; tunc & procuratorem, & dominum in productione libelli, ſiue petitionis citandum eſſe nonnulli exiſtimauerunt, ex ſtat. lib. 5. cap. 1. ibi enim ſtat. dicere uidetur, ut hæc citatio iuxta formam citationis ad ſententiam fieri debeat: in ea autem citatione ad ſententiam procurator abſq; dubio citandus eſt. lib. 5. cap. 4. ſed certe ſtat. prædictum lib. 5. cap. 1. non ad perſonas citandas, ſed ad modum executionis citationis fiendæ ſe retulit, idest in ſcriptis, perſonaliter, ſeu domi dimiſſa copia, ut clare ex littera patet: cuius hæc ſunt uerba. Statuimus, quod actor citari faciat reum perſonaliter, uel alias iuxta formã citationis ad ſententiã inferius deſcribendam: quaſi dicat, perſonaliter, uel domi dimiſſa copia, & in ſcriptis, ut ibi dicitur. fateor tamen hoc quoque caſu, quod qui utrumq; citari facit, anſam aduerſario diſputandi non præbet.

11 Forma autem citationis in productione libelli contra præſentes in Vrbe tradetur infra tit. de cauſis ordinariis. uerſ. coram. A

Quod ſi procurator legitimus in cauſa cõ-
12 pareat, non expediet ulterius principalem citari, ſed ipſum procuratorem in interme-

diis

diis citasse sufficiet, lib.1. cap. 46. quinimmo, si citaretur dominus, & non procurator, cum quo lis est contestata, & qui instantiæ factus est dominus, siue in receptione testium, siue in productione iurium, siue in alio actu substantiali intermedio, & nullus compareret pro citato, actus corrueret, ut dicit Bal.l.si quando. nu.9.C.de testi. Rot.deci.21. alias de procu.2.in ult.add.in no.doc. omnes.l.furioso.ff de re iud. Hæc autem uera preterquã in casibus notatis supra uersi. Et quamuis aliqui, in quibus procuratorẽ iure cõi per supradicta, & principalem iure isto citãdos esse cẽsui: Quæ rursus limitabis in summariis, ut dicã infra tit.de generali forma procedẽdi in summariis.uers. ex his:

3 Animaduertendum quoque est, quod citationes, quæ super reliquiis intermediis fiunt, si personaliter citati apprehendantur, scriptura non requiritur, sed sufficit uerbalis nũtii relatio Notario actuario data: sed si domi fiant, non aliter ualent, quã si breuis schedula, per quam ad minus declaretur quis citetur, & ad cuius instantiam, coram quo Iudice, & ad quem actum, in manibus domesticorum, uel ad ualuas ostii affixa relinquatur. ex stat.lib.4.cap.3. Quod est etiã expressum Clem.2:ut lit.pend. in fi. In relatione autẽ de prædictis per nuntium fienda,

scriptura

ſcriptura non requiritur. ſufficit enim, ſi ip ſe nuntius uerbo tenus Notario atteſtetur, ſe reum domi dimiſſa copia citaſſe. dic.libr. 1.cap. 40.

14 Vna die pro alia citationes fieri debere hæc ſtatuta diſponunt, & recte, ut Reus cō ſulte ueniat ad iudicium reſponſurus lib. 4. cap.3.ideoq. adſtatim fieri non poſſunt, niſi mora eſſet periculū allatura, ut eſt in inhibitionibus, & prorogationibus fatalium, & inſtantiarum, ſi tempore eſſent perituræ. his enim caſibus talis citatio recepta eſt. ea declaratione, quā tradidi infra de fatalibus, ſiue temporibus appellationis proſequendæ, uerſ. Euenit quandoq. & ſeq. Circūſcripto autem ſtatuto numquid præſens in iudicio citari debeat, uel eo præſente actus poſſit impediri, uiſenda ſunt, quæ not. doc. l. conſentaneum & præſertim Bal. C. quo. & quam iudex per Bar. l.1.C.de in ius uocan. per Fely. remiſsiue cap. 2. n. 16. uerſ. 13. limita. extra de teſti.

15 Accidit quandoq. ut principales litigatores, qui actores, & rei erant in iudicio diſcuſſionis hereditatis cuiuſdam illuſtris uiri, per multas dietas ab Vrbe abeſſent, procuratores tamen in ea cauſa legitime conſtitutos Romæ haberent. cumq. difficile eſſet principales in alieno territorio ad ſententiā

audiendam

audiendam citare, recurſum fuit ad ſignatu ram iuſtitiæ, a qua obtentum iudici commit ti, ut, citato procuratore legitimo, ad ſen tẽtiam proceſſus legitimus cẽſeretur. quod de facili obtentum fuit, cum hic caſus eſſet, ut arbitror, a ſtatuto omiſſus. nam ſtatutum non cogitauit, neq. diſpoſuit, niſi de illis, quos edicto Senatus citari poſſe putauit, aut qui Romæ apprehenderentur. Et hanc opinionem, & cautelam reliqui in ea cauſa ſecuti ſunt.

16 Euenit etiam, quod Vniuerſitas quædam de diſtrictu erat pro ciuili cauſa citanda: qui caſus ſimiliter a ſtatuto omiſſus eſt: & eó caſu recurſum fuit ad Praxim glos. c. ſi capi tulo de conces. præb. lib. 6. Moniti igitur ex iudiciis mandato per nũtium inſcriptis fuerunt loci illius decuriones, quos maſſarios appellant, ut deberent certa die, hora, & lo co Vniuerſitatem illam congregaſſe ad effectum, ut citari poſſet ad ea, quæ in eo edicto cõtinebãtur: qua die, & hora aduenien te, nuntius ſe ad locum deſignatum contulit; & cum neminem congregatum reperiſſet, alta, & intelligibili uoce, quæ continebãtur in eo edicto, ſiue citatione, promulga uit; & copiam affixam in eo loco reliquit. Et hæc eadem forma in citatione ad ſentẽtiam repetita fuit. In ceteris uero intermediis ci tationes

tationes ad ualuas Curiæ affixæ fuerunt,pro ut in prima citatione fuerat comminatum.
17 Sciendum quoq. est, quod si is, qui extra Vrbem citatur, siue Vniuersitas sit, siue priuatus, nuntio ad citandum misso iniuriam inferret, tunc ulteriori citatione solemni opus non esset: sed sufficeret in ualuis Curiæ in quolibet actu citasse. lib.4.par.2.ca.9
18 Monitio Iudicis pro citatione habetur: & ideo dicebat Bal.l.1.in fi.C. de contrah. & commiten. stipul. quod fatuus est Iudex, qui partem præsentē per nuntium uocari facit. Statuentes igitur, qui uoluerunt, quod citationes una die pro alia fierent, ut citati consulte respondere possent, uoluerunt etiam, quod monitiones Iudicum una die pro alia fieri deberent. lib. 4 cap.3.ne hac uia tempus ad consulendum reo præriperetur.
19 Dies iuridica ultra Calendarium dignoscitur ex eo, quia campana, quæ est in Capitolina turri, de mane pulsatur: & eo die de mane circiter horam diei tertiam Iudices pro tribunali sedent, ius petentibus dicendo. ex stat. lib. 4. cap. 1. & dixi supra de officio Senatoris, & Collateralium uers. sedere.

LIBER SECVNDVS.

De iudiciis, causarumq. introductione & reassumptione Cap. I.

Causæ in Curia Capitolina multifariam inchoantur. n. 1

Quæ sunt causæ commissariæ, quæ etiam ordinaria uia introduci, & tractari possunt. n. 2

Recursus causidicorum ad Signaturam in causis quæ uia ordinaria tractari possunt, ad quid sit utilis. n. 3

Signatura, nisi adsit manus Papæ, circa formam iudiciariam statutis non derogat n. 4

Reassumptio causarum ad forum Capitolinum pertinentium, & in alieno foro introductarum quo modo fiat. n. 5

Mutato foro mutatur etiam causa de commissaria in ordinariam. ibidem.

In quibus casibus cesset reassumptio causarũ n. 6

Qua cautela uti debeat Iudex decernens in reassumptione causæ n. 7

In causis Rotalibus, & in definitis per sententiam, & relaxationem mandati cessat reassumptio n. 8

Acta facta coram iudice alieno an ualeant post causæ reassumptionem coram suo. n. 9

Termini substantiales, si coram iudice alieno seruari non fuerint, seruantur reassumpta

causa

causa coram suo in ordinarijs causis, non autem in summariis n. 10

Si petitio, aut litis contestatio denuo sit formanda in reassumptis, an probationibus testium ante reassumptionem factis adhibenda sit fides n. 11

1 CAusæ in Curia Capitolii aut ex forma statutorum incohantur, aut alibi incohatæ in hoc foro reassumuntur, aut per specialia rescripta Apostolica committuntur: de quibus omnibus singulariter dicendum est. Verum, quia earum, quæ ex forma statutorum incohantur, prolixior est sermo, igitur de iis primo dicere institui, quæ per Apostolica rescripta committuntur: secũdo de reassumptis: tertio de iis quæ ex forma statutorum introducuntur: quæ & ipsæ tripliciter distinguuntur. aliæ enim appellantur ordinariæ, quæ plenum processum requirunt: aliæ executiuæ: aliæ summariæ.

2 Cõmittuntur Senatori, Capitolinisq. iudicibus causæ Pontificis, eiusq. signaturæ nutu inter laycos, etiam multoties statutis nõ subiectos. Nonnullæ etiam causæ hac uia a causarum patronis properantibus inhibitiones extorquere introducuntur, quæ etiam ordinaria uia introduci possent. nam causæ discussio-

diſcuſsionum hereditatũ, quando heres beneficio legis, & inuentarii gaudere uult, quæ ut plurimũ per Apoſt. reſcripta introducuntur, rectiſsime data petitione, & citatis creditoribus, & legatariis, uel aliis intereſſe prætendentibus, ſeruata ordinaria iudicii tela de qua infra, expediri poſſunt. l. ſcimus. §. ſin autem &. §. & ſi præfatam cum trib. ſeq. C. de iur. delib. Item & cauſa pluriũ creditorũ de bonis creditoris ceſſantis, ſeu decocti, ac de prioritate, & potioritate pignorũ controuertentiũ. l. 1. & per totum. C. qui pot. in pig. hab. Item ſi mulier marito ad inopiam uergente bona pro dote hypothecata retinere, aut ab aliis uendicare contendat l. ubi adhuc C. de iur. doti. Item ſiquis iactet ius ſibi ſuper aliqua re competere: is, qui poſſidet, & diffamatur, cauſam diffamationum, & impoſitionis ſilentii uia petitionis probatis diffamationibus introducere poteſt ad. l. diffamari. C. de inge. & manu. duobusq. terminis diffamanti ad probandum præfixis abſolutionem obtinere Afflic. decis. 264. quidam Baro. n. 3.

Item & ceſsionis bonorum, ſeu admiſſionis ad beneficium quinquénale. l. 1. & fi. C. qui bo. cæd. poſ. l. penul. ff. de ceſ. bo. Etiam ſi ex pacto maioris partis creditorũ aliquid remittatur, uel dilatio aliqua concedatur. l.

& ſuum

& suum §. fi. l.maiorem.ff.de pact. de qua tamen cessione loquitur stat.libr. 4.cap.19.& lib.5,cap.30.

Sic & reuocatio attentatorũ franch.c.nõ solũ in princ. de appel. in 6. cum simil.latiss. deductis per Roffr.in suo trac. de libel cõcep.

3 Sed causarum patroni, ut celerius,& uberius, ut dixi, clientibus cum inhibitionis in uim specialium rescriptorum emanandis cõsulant, recurrunt ad signaturam, a qua causarum commissiones impetrant istis iudicibus Capitolinis directas, a quibus tamẽ etiam uia ordinaria post porrectam petitionẽ parte citata possent inhibitionem impetrare. Cle. fi. ut lit. pend. cum not.

4 In istis igitur causis per signaturam Capitolinis iudicibus commissis nihil de forma tradita a stat.tum in procedendo,tum etiam in iudicando omittendum est.lib. 4. cap.10. nisi statutis specialiter derogatur. Et hæc derogatio per signaturã iustitiæ fieri nõ consueuit, nec facta tenet, nisi adsit manus Papæ lib. 6. in literis Iulii II. de distinc. trib. in ordi.14.Sarnen.ad reg.Cancel.in compen. utriusq. signat. n. 25. Staphi. de literis gra. & iust. lib. 7. uers. patet car. 149. secundũ primam impressionem. Et ex consequenti si statutis derogatum non sit, si causa erit ordinaria, seruanda,& attendenda erunt,quæ

infra

infra de ordinariis, Deo dante, dicam: si exe cutiua, uel summaria, idemtidem, quod suo loco tradam.

5 Reassumútur causæ in aliis tribunalibus in troductæ, si in eis Romani ciues, incolæ aut districtuales rei sint, citatis Actoribus ad dicendum contra Motum proprium priuilegiorum Ro. Po. per fe. re. Iuli. ii. & Paulum iii. aliosq. Ro. Pont. concessorum: & uidendum reassumi causam ex aduerso coram Gubernatore, seu alio iudice introductam, iuxta formam illius ad primam diem, & inhiberi ad statim. quo termino seruato, & iudici, & parti inhibetur; & debito tempore causa reassumitur. Et quamuis coram aliis iudicibus causæ aliquæ per specialia rescripta commissæ, & introductæ reperirentur, aut alias effectæ essent commissariæ, postquá tamen reassumptæ sunt, ordinariæ censentur, lib. 6. in lit. Iulii ii. in forma Breuis in ordine 14. quod quidem multum refert meminisse, tum ad effectum sportularum, de quibus suo loco dicam, tum etiam ad effectum citationum, quæ factæ per mandatarios sufficiunt, ut supra dictum est de Nuntiis uers. citatio.

Reassumptio causarum.

6 Hæc reassumptio ualet, & tenet; nisi agatur, ut dixi, de obligatione in forma Cameræ; & causa esset coram Auditore Cameræ

introducta: uel de causis mercedum, & salariorum: & causa coram Gubernatore cepta esset: In quibus casibus, ut dixi supra titulo, Qui Capitolino foro subiiciantur uers. ciues, & uers. seq. præuentioni locus est. Quo casu, & sequentibus citati actores comparere debent: & facta fide, quod uel uirtute obligationis in forma Cameræ causa est cepta coram Auditore Cameræ: uel quod causa mercedis est cepta coram Guberuatore, reassumptionem impediunt, uel si serius ueniant, producta fide, & citato reassumptionē procurante, causam ad suum iudicem remitti obtinebunt: quod passim, & uelo leuato a iudicibus fit.

7 Quinimo prudentiores iudices conditionem in reassumptionibus apponere consueuerunt. Nam si causa ab Auditore Cameræ reassumi petitur, adiicere solent in reassumptionis decreto, dummodo non sit causa obligationis in forma Cameræ: uel si a Gubernatore, dummodo non sit causa mercedis: uel si a Vicario Vrbis, dummodo non agatur de re Ecclesiæ, uel Ecclesiæ debita, per no ta. in. c. si clericus laycum cum concor. de foro compe. Causæ enim prædictæ reassumi nō possunt, ex præscriptis.

8 Sicut nec etiam reassumi possunt causæ in tertia instātia in Rota pendentes, ut caue-

tur præ

tur præfatis literis Iulii ii. in ordi.14.

Nec post sententiam, aut relaxationem mãdati causæ aliquæ reassumi possunt: quia cum isti, de quibus loquimur, Capitolini iudices, primarum causarum iudices sint, causæq. post decisionem primæ causæ esse desierint, frustra coram incompetenti reassumerentur. Quod siquando calliditate reorum ad euitandam, uel protelandam executionem reassumptæ fuerint, facta fide, quod terminatæ sint, ad suos iudices remittentur.

9 Reassumptis causis multoties dubitatum fuit, si acta coram iudicibus, a quibus reassumuntur, facta roboris obtineant firmitatem: nam multæ post testium examen, & causæ instructionem, non tamen sine calumnia, reassumuntur. dubium oritur ex statuto lib. 1. cap. 38. rub. de foro compet. quo caueri uidetur, quod processus factus alibi, quam in curia Capitolii, nullus sit, & inualidus. Ego uero credebam, quo ad incolas tam agẽtes, quam reos, rem nullam habere difficultatẽ: cum statutum prædictum libr. 1. cap. 38. de ciuibus, uel habentibus domicilium in Vrbe pro ciuibus reputatis loquatur: & propterea in eis, qui non sunt ciues, nec pro ciuibus reputantur, ut sunt incolæ, & qui in districtu habitant, siue agant, siue conueniantur, quæstio remanet expedita; quia de

 ficit

ficit ciuilitas, & qualitas illa pro ciue reputato, a ſtatuto requiſita. qua deficiente diſpoſitio ceſſat. Alex.cons.41.n.5.Vol.4.dec. cons.18.n.4.& 524.n.1.

Sed & ſi ciuis incolam, aut aliquem de diſtrictu coram alio iudice traxiſſet, adhuc proceſſus factus ante reaſſumptionem, retẽto themate ſupradicto, me iudice ualeret: quia ſtatutum irritans acta, ut dixi, loquitur in caſu, quando ciuis alium ciuem trahit. Quibus non concurrentibus ceſſat diſpoſitio, ut proxime dixi.

Sed & eo caſu, quo ciuis cõuentus a ciue coram non ſuo iudice, ceſſat forum declinare, uel litem conteſtatur; & poſt factam reaſſumptionem de actorum inualiditate dicit, credebam in expenſis illorum actorum condemnandum eſſe, exemplo Clerici coram iudice laico conuenti, qui diſtulit priuilegiũ Clericatus allegare .c. exceptionem. Extra de exceptio. Egidi deci.226. in cauſa mea, Rota per Caſſa. de appella.deci.3.nu.5. Niſi dicamus actorem ciuem in pari contumacia fuiſſe: quia illum, quem cõuenit, & ſuum conciuem, & quid ſua diſponant ſtatuta, ſcire debuit, ad regulam qui cum alio contrahit.ff.de reg.iur.&.l.fi.ff.de decretis ab ordi. facien.Bart.l.quod Nerua.n.19.uers.ii.caſu. ff.depoſi.

Sed

10 Sed maius est dubium, utrum post causæ reassumptionem eo casu, quo acta facta coram alio iudice ualere dixi, termini substantiales a statuto requisiti lib. 5. cap. 1. seruandi sint? & quod seruari debeant, uidetur in simili Rot. decis. 20. alias de appella. 4. anno Domini in No. maxime quia contestatio litis, & iuramentum calumnie termini substantiales sunt, qui & pro forma, & cum clausula irritate a statuto prædicto requiruntur. noua igitur petitio formãda, & lis contestanda, ceteraq; implenda erunt, quæ in ordinariis infra suo loco tradentur.

Hæc uera in causis, quæ ordinarium processum requirunt, ceterum, si causæ summariæ sint, sola actorum repetitione expedientur: quia in illis iudiciaria tela non requiritur, ut suo loco dicetur.

11 Eo autem casu, quo petitio denuo formanda erit, & lis contestanda, dubitari potest, si probationes in testibus cõsisterent, & ante reassumptionem factæ essent, utrũ examen reiterandum esset? dubium facit, quoniam hoc casu testes non solum ante litem contestatam, sed etiam ante acceptum iudicium recepti uidentur, qui non probant c. 1. & per totum ut lite non contesta. Hippo. sing. 170. animaduertant. Erunt igitur omnino repetendi, aut ad Papæ signaturam recurrẽdum

dum, per quam committi consueuit, si cum interrogatoriis partis, & ipsa legitime citata recepti sint; ut illis fides iudicis arbitrio adhibeatur: nec in hoc statutis derogatur. Hæc de reassumptis.

Causæ uero, quæ ab initio ex forma statutorum in hoc foro introducuntur, triplicis generis, ut dixi, esse dignoscūtur. aut enim ordinariæ sunt, quia in illis plenus, & ordinarius processus requiritur, aut executiuæ, aut summariæ. de quibus, & modo procedendi in eisdem singulariter differendum est.

De causis ordinariis, & petitione in illis exhibenda Cap. II.

1 ORdinarie igitur proceditur in causis non priuilegiatis, in quibus de summa, uel re ualorem 25. ducatorum de carlenis excedente agitur, lib. 4. c. 6. lib. 5. c. 1. in rubro, & nigro.

Sed quamuis causæ istæ ordinariæ appellentur, breuis tamen admodum iudiciaria

tela in illis ſeruanda eſt. In primis namq. formanda eſt petitio in ſcriptis: quã de conſilio iuris periti, ſi ipſe iuris peritus nõ ſit, procurator formare debet. Difficile ẽ enim ut legum ignarus, etſi mille formulas habe ret, in tam diuerſo actionum genere recte concludere poſsit. Vnam tamen formulam apponere uiſum eſt, ut exinde tirones ſibi generalium clauſularũ exempla ſumere poſſint: quarum ſi magis periti fieri uolunt, ad Papienſem, qui de illis pleniſsime tractauit, recurrere poterunt. formula hæc eſt.

2 1 Coram uobis illuſtri Domino Senatore comparet procurator, & eo nomine Quinti Tuberonis, contra, & aduerſus Sextum Pediũ, omnemq. aliam perſonã pro eo in iudicio præſentis cauſæ legitime comparentẽ, dicens & expones nõ in modũ ſolemnis libelli, niſi ſi, & quatenus opus ſit, ſed qualis qualis petitionis, & ſimplicis facti narrationis, Quod præfatus principalis ſuus de anno proxime præterito & menſe Auguſti, ſeu alio tempore ueriori, amicabiliter à præfato 1
aduerſario requiſitus, benigne, & amicabiliter eidem mutuò dedit hic Romæ amphoras quadringẽtas optimi uini Cãpani, quas præfatus aduerſarius in proximis præteritis Calendis Decembris tunc futuris reſtituere hic Romæ, & in eodẽ loco, unde ſumpſerat,

libere

libere promisit: quibus calendis aduenientibus aduersarius etiam requisitus, & amice interpellatus restituere cessauit, prout etiam de præsenti cessat, in graue damnum, & præiudicium præfati principalis sui, qui uinum prædictum ad rationem denariorum decem pro singula amphora uendere potuisset, prout de dicto mēse Decembri, & subsequenti Ianuario cōmuniter in Vrbe uinum optimum Campanum uēditum, & emptum fuit, cum hodie uix denarii septem pro singulis amphoris reperiātur. Quare petit procurator prædictus, quo supra, nomine per uos dominum iudicem, uestraq. definitiua sententia, quatenus opus sit, pronunciari, decerni, & declarari, prædicta omnia, & singula uera fuisse, & esse, præfatumq. aduersarium condemnandum fore, & esse, & condemnari ad dandum, & restituendum præfato principali suo prædictas quadringentas amphoras optimi Cāpani uini una cum damnis, expensis, & interesse passis, factis, & incursis, patiendis, fiendis, & incurrendis, habita ratione quāti plurimi dictum uinum cōmuni pretio a tempore moræ citra uendi potuisset, & in futurum forsan uendi posse continget, condemnatumq. iuris, & facti remediis oportunis ad prædicta cogi, & compelli, dictoq. suo principali de, & super præ-

 missis

miſsis omnibus, & ſingulis ius, & iuſtitiam miniſtrari non ſolũ prædicto, ſed omni alio meliori modo: deducẽdo omne ius, omneq. remedium &c. ac officio ueſtræ Claritatis, quatenus expediat deſuper humiliter implo tato. & prædicta procurator prædictus dicit, & fieri petit tam coniunctim, quam diuiſim, ac tam narratiue, quam diſpoſitiue, & alias omni meliori modo. Non ſe aſtringens &c. Saluo iure &c. Et proteſtatur &c.

Statutum, de quo loquimur, lib.5.cap.1. non libellum, ſed petitionem deſiderat: igi tur ſuper uacuo in proxime relata formula appoſita eſt clauſula non in modum ſolemnis libelli, niſi ſi, & quatenus opus ſit, de qua per Ias.l.nam poſtea.alias ait prætor.in princ.n.19.ff.de iure iur. ſicut & multæ aliæ ex abundanti poſitæ ſunt, quæ neceſſario ex ſtatuto noſtro non requirerentur. Illas tamen ita appoſui, ut a maioribus, & præceptoribus accepi, nec omnino inutiliter, ut arbitror, cum ex illis multoties pertinaciũ diſputationes tollantur.

5 Vrbana requiſitio de æquitate iudicialem petitionem præcedere debet, ut colligi licet ex.l. quidam Iberus.ff.de ſerui.urba.prædio. ac etiam prodeſt, quia quamuis reus poſt citationem debitum agnoſceret, adhuc ad expenſas citationis teneretur: quod ſecus

cus esset, si amicabiliter non fuisset ante citationē requisitus. Rom. sin. 396. alio sero. fe li. c. nouit. prope si. extra, de Iudi. Quæ quidem interpellatio semper facta præsumetur si in petitiōe facta esse dicatur. Ro. sing. 397 quis debet Curt. Iun. l. uinum. n. 19. ff. si cer. pet. & licet feli. ubi supra dubitare uideatur: Tamen in. c. quoniam. n. 14. uers. hanc limitationem dupliciter. extra de probatio. transit cum hac opi. arguendo a comuniter accidētibus. Vix est enim, quod quis a citatione incipiat requisitione non præmissa. 401.

Ea igitur petitione formata, citari debet reus, illiusq. procurator ad cautelam (si de mandato illius in actis constet) in scriptis sub hac forma.

4 Coram Illustri domino Senatore (Romana mutui) citentur Sextus Pedius ex aduerso principalis, & Quintus Cicero eiusdem procurator, quatenus sit, ad uidendum productionem petitionis, uidendum illam admitti, & respondendum illi, ad primam diem, instāte Quinto Tuberone principali. & hæc citatio per mandatarium subscripta prima die iuridica post illius executionē Notario actuario una cum petitione asignari debet, & aduersæ partis contumacia accusata petetur admitti: quam Iudex si, & in quantū admittere consueuit. licet a statuto nec admis-

sio, nec

ſio, nec ad uidendum admitti citatio requiratur, d.lib.5.cap,1.

Reus autem comparere, & generalia contra pro nunc (ſaluis aliis ſuis, loco, & tempore opponendis) dicere, & copiam petitionis petere debet.

5 Hanc petitionis copiam, ſicut & omnes alias petitas copias, Notarius partibus petẽtibus ſequenti die iuridica dare tenetur, aut, ſi prolixiores ſint, infra duos, uel tres dies. qua die tenetur petẽs illas, cõparere, & ſatisfacto Notario de competenti mercede, eaſdem recipere. Non enim alia citatio ad copiam recipiendam requiritur: ſed ſufficit, ſi actor uult, quod ipſe compareat illa die, qua reus copiam recipere tenetur, & illius contumaciam accuſet. Petens enim, ſi eam recipere ceſſauerit, ulteriori dilatione ad eam recipiendam nõn gaudebit. libr.5.cap. 11.&.c.14.

Si reus copiam recipiet, diem faciet a tergo, uel in calce datæ copiæ annotare, & ſibi terminum ad opponendũ aſsignare, qui ad primam diem a iudicibus ſtatui conſueuit; & eſt etiam a ſtatuto expreſſum in uolente contra reſcriptum opponere d.lib.5.ca.13. Hũc etiam datæ copiæ diẽ Notarius in actis ſuis annotare tenetur, pœna ei amotionis a cauſa imminente d.lib.5.cap.11.

Copi

6 Copia recepta rei procurator mature cau sam clientis uoluere, diligenterq. pensare debet; & si quas exceptiones litis ingressum impedientes suo clienti competere cognouerit, maturo consilio eas deducere debet.

7 Scire enim debet patronus dilatorias multiplices esse. Aliæ enim sunt declinatoriæ ex persona iudicis: quia is sit ex aliquo capite suspectus, uel aliter incompetens iudex: Aliæ ratione personæ actoris: Aliæ ratione personæ rei conuenti: Aliæ ratione personæ procuratoris agentis: Aliæ ratione loci: Aliæ temporis: Aliæ causæ: Aliæ libelli. & similes multæ, de quibus etiam late per Vber. de Bono accu. Doct. antiquum in suo tract. de exceptio. in princip. & per Specul. in titul. de exceptio. §.1. uers. dilatoriarum.

Item & peremptoriæ, & anormalæ, siue anormes multæ sunt, quæ ad processum, & ad merita opponi possunt; quas nũcupatim enumerant Bal. l. postquã liti. C. de pac. Paul. de Castr. l. ait prætor. alias. nam postea. ff. de iureiur. Alex. in apostil. ad Bart. l. uir bonus. ff. iudic. sol. Aretin. in §. æque n. 14. instit. de except. ubi enumerat 44. & tradit regulam ad cognoscendum innumeras. Maria. Soc. c. 1. de litis contest. ponit 36. inter quas multæ sunt ab aliis non tactæ. Felin. qui praedictos

ctos refert, ponit etiam aliquas.c.exceptionem. a nu.37.usque ad nu.45.extra de exceptio. et aliquæ etiam enumerantur per statutum, qui ad paucas respectu multarum restringit. lib.5.c.49.

8 Exceptiones igitur, quæ litis ingressum impediunt, siue dilatoriæ, siue peremptoriæ, siue etiam anormalæ sint (dummodo cum effectu reo competant) ante omnia opponi
9 debent, & discuti. Officium namq. patroni Deum timentis est, ut nõ permittat clientem sumptibus, & expensis uexari. Et propterea, si agentem in initio repellere poterit, non cunctabitur. Nam quod antea statutum lib. 1.cap.53.disponere uidebatur, litis contestationem impediri non posse, nisi per exceptionem iudicis incompetentis, & inepti libelli, hodie per supra dictum statutum lib.5.cap.49 uersi.& quia. correctũ est.
10 Prudenter tamen prædictæ exceptiones maxime peremptoriæ, & quæ per statutum proxime relatum enumerantur, opponendæ, & deducendæ sunt. Nam si oppositio merita concerneret, contestationem non impediret: ut quia procurator conuenti diceret, Sempronius reus nihil Papinio actori debet, quia per sententiam, uel transactionẽ liberatus est. Sed nominatim exprimere debet se eam exceptionem ad litis ingressum, & ulte-

& ulteriorē processum impediendum opponere. ita Ias. de mente Bar. Bald. Ang. Rom. & Alex. d. l. nam postea. alias. ait pretor. nu. 17. ff. de iure iur. uis tota est igitur in modo opponendi, ut ibi per eum.

Nam, ut ad dilatorias redeā, si eæ ante litis contestationem non opponerentur, frustra conaretur patronus post litis contestationem, aut pro contestata habitam illas opponere. l. penulti. & fina. C. de exceptio. l. exceptionem cum concor. C. de probat. Quā regulam limitat Feli. d. c. exceptionē n. 11. tresdecim notabilibus modis, ad quem patronus in facti contingentia recurret,

11 Sed si eas dilatorias iudex uel expresse, uel tacite ad ulteriora procedendo reiiceret, (quod utroq. modo fieri potest. l. a procedente ubi Doct. C. de dila.) tunc si illæ sint de enumeratis per statutum d. libr. 5. cap. 49. uel illis similes, ab illarum reiectione, & ulteriori processu nominatim, & cum causæ expresione, & in scriptis iuxta. c cordi. de appel. lib. 6. & Clem. appellanti eo titu. appellandum erit, de quo latius infra de appellationibus ab interlocutoriis. nam si non appellaretur, processus teneret, & reus ab illarum oppositione remaneret exclusus per d. l. penulti. & fina. C. de. exceptio.

Nunquid autem opponens peremptoriā in uim

in uim dilatoriæ, & succumbens posſit iterum eandem in uim peremptoriæ post litẽ contestatam opponere? uisendum per Bal. & alios d.l.nam postea.

12 Actoris autem procurator curabit,ut,quã to citius fieri potest, ex his intricationibus se eximat: & si uiderit oppositas exceptiones altiorem indaginem requirere, impetret a Iudice, ut illarum disputatio,& cognitio ad merita reseruetur.quod fieri & potest & debet.Feli.d c. exceptionem n.23. extra de exceptio post Abba. & alios.c. ad dissoluendum de despon.impub. ac Hostien. Bal. Bar.Rom.Areti.Ana. & alios in locis per eũ allega.

Ab hac reseruatione reus appellare (sicut a reiectione dixi) nominatim in scriptis, & expressa causa recte poterit domi.c.siquis.§. exceptionem tertia quæst.6.quem refert Feli.d.c.exceptionẽ n.23.ad fi.nisi, ut dixi, exceptio reseruata altiorem indaginem requireret,ut ipse Feli.ibi dicit n.24.

Quæ limitatio sublimitatur locum nõ habere, quando per exceptionis reseruationem ordinis iudiciarii peruersio fieret, ut si disputaretur de incompetentia iudicis, uel de mandato procuratoris comparentis: quoniam eo casu (ut ipse Feli.ibi dicit) reseruatio fieri non posset, etiam si altiorem indaginem

ginem oppositæ exceptiones requirerent, & ex consequenti appellare liceret. Quo in loco idem Fel. abunde declarat quæ, & quando altiorem indaginem requirere dicantur: ipsum uide.

13 Illud non omittam, quod si facta reseruatione per Iudicem, dilatoria uel illius uim obtinens ad impediendum processum opposita in ipso processu uerificetur & probetur, processus retroactus remanebit inualidus. Bar. l. ille, a quo. §. si de testamento n. 5. ff. ad Trebell. Castr. d. l. ait prætor. alias nam postea n. 7. ff de iure iu. Fel. d. c. exceptionem ante n. 25. de exceptio. Qua in re diligenter animaduertere debet actoris patronus, ne reseruationem procurando, magis clientem implicet.

14 Sed quia iudicis suspitio inter dilatorias annumeratur, ut supra dixi, sciendum est, quod si quis ex litigatoribus aliquem ex collateralibus ex legitima causa, & tempore debito suspectum coram Senatore allegabit, Senator uel illi adiunctum dabit, uel alium siue ex suis Capitolinis, siue extra Capitolium in locũ illius suspecti deputabit, ex stat. lib. 1. c. 50. lib 4. cap. 12. Quid autem importent illa uerba, Tempore debito, dicam infra de suspitione Capitanei appella. & consultore eligendo.

Vnum etiam admoneo, quod post litem contestatam, siue pro contestata habitam actor aliquid addere, uel detrahere suæ petitioni non potest: nisi refectis expensis d. lib.5.cap.1.& tunc iterum a petitionis exhibitione incipere debet ad Bar.Deci.& alios .l. edita ad fi.C.de eden.Igitur antequam ad litis contestationem descendat, animaduertere debet actoris patronus, siquid suæ intētioni, siue petitioni addendum, aut detrahendum putet.

De litis contestatione, & iuramento calumniæ Cap. III.

Reus citatur ad litis contestationem, & ad iuramenti de calumnia præstationem, qui si non compareat, quid faciendum n. 1.

Remedium habendæ litis pro contestata quam utilitatem attulerit in iudicijs n. 2

Reus petens litem contestari negatiue, non est contemnendus n. 3.

Ad recipiendum iuramentum calumniæ in quibus casibus actuarius destinetur n. 4.

Procurator in quo casu possit iurare de calumnia in animam sui principalis n. 5.

Generale mandatum an sufficiat procuratori ad iurandum de calumnia n. 6.

In causa minoris quis præstat iuramentum calumniæ

1 HIs consumatis citabitur reus uel illius procurator si in actis constitutus acceptauerit, uel alias de mandato ad eam causam docuerit, ut dixi supra de in ius uocando uers. quod si procurator citabitur inquam ad contestandum, contestariq. uidendum litem, iurandum, iurariq. uidendum de calumnia, alias uidendum pronunciari litem haberi pro contestata, & iuramẽtum calumniæ pro præstito ex stat. lib. 1. cap. 57. & 58. & lib. 5. cap. 1. facta autem mã datarii relatione actor rei contumaciam accusabit: & asserendo contenta in sua petitione esse uera, & sic litem contestando affirmatiue, & iuramento calumniæ præstito petet a iudice pronũciari litẽ haberi pro contestata, & iuramentum calumniæ haberi pro præstito: tunc Iudex litem haberi pro cõtestata,

ἐta ris / to hũ audient am.

& iuramentum calumniæ haberi pro præstito, nisi per totam audientiam lis contestata, & iuramentum calumniæ præstitum fuerit, pronunciabit : & de prædictis, quia pro forma dantur a statuto præstricto lib.5. cap.1. nihil omittetur, quia actus corrueret omnino.

2 Hunc modum habendi litem pro contestata in contumaciam, & odium aduersarii non contestantis ad tollendas ambages iuris cõmunis, & longa remedia rite disposuerunt statuentes, secundum Castr.cons 290 uisis his, quæ supra narrãtur uol.1.n.2. alioqui præsẽtia utriusq. actoris scilicet, & rei requireretur. Bar l p.n.10.C.de lit. cõte. de quo tamen per Abb.c.1.n.7.extra de lit.contest.

3 Sed si reus in termino compareat, & litẽ contestari uelit negatiue, audiendus est : & in causa ad ulteriora, ut in sequentibus trãdetur, procedendum. Si uero fateatur actoris intentionem, terminus ad implendum petita per actorem dierum octo illi dandus est ex prædicto statuto lib.1.cap 57.

4 Dixi iuramentum calumniæ per ipsum actorem præstandum esse ex dicto lib. ~~1.cap.~~ 1. Quod etiã cauetur alio statuto lib.1.cap. 58. Et ideo si actor, ut multoties contingit, præsens in iudicio non sit: prudentes causarum patroni receptionẽ iuramenti per principalem

cipalem præstandi Notario actuario cōmitti petunt, ipsumq. actuarium ad recipiendū iuramentum prædictum destinari procurāt; quod iure optimo petitur, si principales personæ egregiæ, uel mulieres, aut alias impeditæ sint. l. ad personas egregias. ff. de iure iu. c. mulieres de Iudi. in 6.

5 Quod si actor ab urbe ultra uiginti miliaria absens sit, procurator, si ad id speciale mandatum habeat, se ipsum ad iurandum de calūnia (absentia allegata, & iurata) admitti petet d. lib 1. cap. 58. cap. fi. de iuramen. calum. in. 6. Ale. post alios. l. qui bona. §. qui alie no. ff. de dam. infec. Et hic in animā sui principalis uerba concipit 63. distin. c. tibi domino. ubi glo. & c. procurator de electio. in 6. c. in appellationibus. § procuratores ubi glo. uerb. ab ipsis extra de iura. calum. Nisi iuramentum etiam in animam ipsius procuratoris ab aduersa parte exigatur: quia eo casu etiam in sui ipsius animam procurator iurare cogitur. d. §. procuratores & ibi glo. Rota deci. 37. alias de iur. calum. 1. in no. Vbi dicitur, quod ex consuetudine Ro. Cu. approbata per .c. fi. de iura. calum. in 6. procurator in animam suam, & domini iuramenti uerba concipere tenetur.

6 Quæ autem forma mandati ad iurandum de calumnia esse debeat: & an sufficiat spe-

cialis clausula in generali mandata apposi-ta, ad futuras lites, si nominatim lis expres-sa non sit, dubitatur. Et non sufficere tenue-runt quam plurimi. Bar. uero d. l. qui bona. §. qui alieno n. 7. ff. de dam. infec. contrarium tenuit. & cum eo est Italiæ consuetudo. ita Alex. qui multos refert d. §. qui alieno n. 8. Matthesi nota 150. nota quod si dominus ubi add. & ita communis stilus obseruat.

7 Dubitatum uidi, quid si minor sit is, pro quo agitur, quis iuramentum calumniæ su-bire debeat ad processus ualiditatem? Et responsum extitit, actorem ad lites Iudicis decreto cõstitutum glo. l. ii. §. quod obserua-ri uerb. personæ. C. de iura. calũ. quam ibi approbat Bar. col. iii. uersi. quæro quæ sint: & ibidem Sali. col. ii. uersi. uenio ad quæstio nem specu. de iura. calum. §. restat in princ. & ibi Io. And. post. Vber. de bobi. Et Guid. de Suz. & est communis opin. secundum Sa lic. ubi supra.

8 Idem in syndico Vniuersitatis dicendum est, ut dicunt glo. & docto. in loco præalleg. sequitur glo. in. c. ii. de iura. calum. in 6. & c. in pertractãdis. extra eo ti. Bar. d. l. qui bo na. §. qui alieno & ibi ceteri. ff. de dam. infec.

9 Pater autem in his, in quibus legitimus ad ministraror est, si agat, uel conueniatur, ip-se iurabit. Sin autem filius consensu patris li

tiget

tiget, ipse filius, si ætatẽ legitimam habeat, iurabit: ut dicit præalleg. glo. cõmuniter approbata in hoc, ut refert Salice. d. l. ii. §. quod obseruari col. ii. C. de iura. calum.

10 Sed licet procurator iuramenti uerba, ut dixi, in animam sui principalis concipiat, nisi ab ipso quoq. iuramentum exigatur: tamen administratores præfati iuramenti uerba non in personam minoris, uel uniuersitatis, aut filii, pro quibus agunt, sed in eorum propriam cõcipiunt, & ex eorum credulitate iurant, ut dicit tex. d. §. quod obseruari ibi eo quod ex animi sui sententia iurent. quem ad hoc notant ibi Bar. & Bal. in princ. glo. d. c. tibi domino 63. distinc. in uerb. iurare.

11 Quid autem contineatur sub iuramento calumniæ glo. d. §. quod obseruari explicat quatuor carminibus. Primum est, quod non causa calumniandi agit, uel resistit, sed quia lis sibi uidetur iusta. secundum quod probationem non exiget, nisi quam pro ueritate necessario putabit exigendam. tertiũ, quod nihil dedit, aut promisit, dabit, uel promittet iudicibus, uel alicui alteri personæ, ut iniusta sententia detur. quartum, quod calumniandi animo aliquam dilationem non petet: ut latius ibi Salice. declarat.

De positionibus, & de confessis. Cap. IIII.

Protestatio

Ambigua,

Qui negat respondendo positionibus uere sibi factam solutionem, punitur certa pecuniaria pœna. *n.* 31

1 Positiones ab articulis in hoc manifeste differunt, quod qui ponit, affirmat id, quod ponit: qui articulat, dicit, non tamen affirmatiue ponit. ut dicit Phil. franc. c.fi. in ii. nota. de iure iur. in 6. Penes quem, & alios ibi per eum relatos alias differentias uidere poteris. Hodie tamen nomina hæc pene ab omnibus cōfundantur: nā fere per hæc uerba cōcipiuntur tam articuli, quam positiones. Item ponit, & dicit, & quatenus opus sit, probare intendit. Pauci enim positiones ab articulis diuidunt.

2 Ceterum quid sit articulus, quotuplex sumatur, & quare in hac materia appellentur articuli, tradit glo. c. præsentium in uerbo articulis & ibi Io. Andr. de testi. in 6. Quo in loco aduertit Philip. franc. in princ. in 5. not. quod una positio plures ariculos continere potest; si pars non opponat: aut Iudex non reiiciat ibi uidebis.

3 Si igitur actor, ut se in aliquibus ab onere probandi eximat, quærit ut aduersarius de facto informatus suis positionibus respōdeat iux. cap. statuimus de confess. in 6. pri

ma die iuridica post litem contestatam, uel pro contestata habitam parte citata ad uidē dum productionem positionum, siue articu lorum, uidendum illas, siue illos admitti, facta per mandatarium relatione, in iudicio comparere debet, & rei contumacia accusata positiones exhibere lib. 1. c. 59. nam si ea die in istis ordinariis positiones non exhiberet, reum ad respondendum illis cogere non posset, ut statutum prædictum disponit.

4 Hinc probabiliter dubitari posset, si reo non citato actor positiones statuta die exhibuisset, an per talem exhibitionem dici posset statuto satisfactum, ut reus respondere cogatur? Pro parte negatiua faciunt .l. de unoquoq. ff. de re iudi. l. nam ita diuus. ff de adoptio. l. tres denunciationes. C. quomo. & quan. iud. Clemen. sæpe de uerb. signifi. cum concor. actus enim ut ualeant, præsentibus, aut citatis his, quorum interest, fieri debent. Pro parte uero affirmatiua est doctri. Bal. l. si quando quæst. ulti. C. de testi. ubi dicit, quod licet quo ad effectum nocendi, instrumenti productio alias non teneat, quam si parte citata fiat, tamen quo ad productionem simplicem, & ut satisfiat termino productionis, satis est quod producantur sine citatione, quem ibi sequitur Sa

lice. quæst. 9. & idem dicit Bal.l. 1.C. quando libel. princ. datus. qui considerat, quod quando statutum, prout est in casu nostro, requirit productionem, tunc ex sola productione absq. citatiõe statuto satisfit per tex. .l.miles §.sexaginta.ff. de adult. qui tex. est nota. ad hoc. Et dicit Feli.c.ii.n.31. uersi. quarto, quæritur utrum solemnitas extra de test. quod præallegat.uerba Bal. aurea sunt. Faciunt etiam dicta per Hyppol.sing. 30. tu scis. dum limitat regulam.d.l. de unoquoq. cum concor. In casu, quando pars etiam citata non potuisset se opponere, & actum impedire, & præsertim, quia parti nullum in casu nostro ex productione præiudicium infertur: nam ante examen testium, ut in sequenti rubri. dicam. pars est ad dicendum contra citanda: & tunc suas oppositiones, & protestationes facere poterit: & hanc opinionem credo uerissimam.

Consueuerunt quidam, ut huic statuto satisfacerent, imperfectas positiones exhibere, & illas sibi ad corrigendum restitui facere, & quandoq. etiam nihil, nisi folium album producere, quos nihil agere semper existimaui; cum statutum actum uerum, & perfectum requirat, ut ex eo colligi licet.casus autem fictus uero non æquipollet, ut dicit Sarnen. in reg. de impetran. per obitum

fam.

na, de qua in fine huius cap. irretire, explicitam, ueram, & simplicem positionem, & de unaquaque re distinctam faciat: alioqui nihil aget; ut infra hoc eodem cap. dicam uersi. & ideo.

9 Dabit etiam actor per se ipsum, si præsens sit, sin autem ipsius actoris procurator, ut dixi, supra de iuramento calumniæ, has positiones medio iuramento, asserendo se credere contenta in eis uera esse, lib. 5. cap. 14. ut temporis compendium faciat. Nam reus citatus hanc materiarum in positionibus, & articulis contẽtarum declarationem medio iuramento principalis fiendam petere posset, & alias respondere non cogeretur Rota. deci. 31. uoluerunt, & ordinauerunt, alias de seque. possess. & fruc. iii. in no.

10 Animaduertendum quoque est, quod si actor per modum exceptionum articulos daret, reus illis respondere cogi non posset: qui enim interrogat, ponere, & positum dispositiue afferre debet; ne alias reus, & actor ad imparia iudicentur Rota d. deci. 31. alias de seque. possess. & fruc. 3. in no. Ias. post Paul. l. iudices. C. de iudic. Franc. c. 1 col. ii. uersi. & ex hoc determinat. post glos. ibi de confess. in 6. Sequitur & Maranta in suo Spec. Aduoc. in 4. actu. 2. partis indicialis nu. 6. Si tamen negligentia sui procuratoris reus

articulis

articulis excipiendo datis responderet; responsio teneret, & confessio præiudicaret, ut monent Domi. de Rota, & Francus ubi supra. ideoq. rei procurator antequam suum principalem respondere faciat, petere debet a iudice, ut ipse uideat, utrum positiones, siue articuli dispositiue, & affirmatiue dati sint, & tam de hoc, quam etiam, quod si, æ iquæ sint impertinentes, captiosæ, implicitæ positiones, aut alias tales, quibus de iure respondere non cogatur, quod illis non censeatur responsum, in actis dilucide protestari Franc. d. c. fi. col. 5. uersi. tertio limita. de confess. in 6.

11 Protestabitur etiam actor in productione positionum, quod reo copia non detur, nec procuratori illius, aut cuiuis alteri pro eo ostendantur, nisi facta responsione. Nam a reo instructo respōsum quærere, plerumq. frustratorium esset. Et hæc protestatio ualida est, & releuas. glo. l. ii. in princi. in uerb. utriusq. C. de iura. calum. Specu. titu. de positione uersi. non enim debet pars cum seque. Alexan. l. ii. nu. 4. uersi. quæ etiam. C de eden. Fran. c. præsentium. §. testes. quæst. iii. de testi. in 6. & d. c. 1. & ii. de confess. in 6.

12 Nisi forte personæ, a quibus responsum desideratur, essent adeo indiscretæ, ut illarum defectus de iudicis licentia per aduocatum

catum ſuppleri deberet .c. paſtoralis extra. de Iudi. quod in ualde ruſtico, & rerum imperito, aut prodigo, uel alias egente alieno auxilio exemplificant. ibi Abb. & Dec. & ita intelligi debere dictum. Soci. l. 1. col. iiii. in princ. ante n. 9. ff. de uulg. & pupill. iudicatum uidi. Non enim omnis ciuis eſt prudens, neq. omnis ruſticus ignarus, & indiſcretus, ut dicunt Abb. & Deci. ubi ſupra, uel niſi factum alienum, de quo ſe omnino informare, uel ſuper eo deliberare per ſe, & incontinenti non poſſet, poſitiones continerent. Franc. d. c. 1. col. 3. uer. in eadem gl. ibi, ad factum alterius de confeſſ. in 6. ubi & multa alia ſcitu digna notantur.

13 Exhibitis, ut dixi, poſitionibus actoris procurator monitoriũ impetret a Iudice, reũq. moneri faciat, quatenus infra triduum debeat poſitionibus in actis exhibitis ſimpliciter per uerbum, credit, uel, non credit, ſufficienter, & iuxta ſtatutorum formam reſpondiſſe, cum comminatione, quod, ſi reſpondere ceſſauerit, habebitur pro confeſſo, prout ſibi deterius erit, et iux. formam ſtatutorum. Quæ ſtatuta ſunt lib. 1. c. 63. & lib. iiii. c. 13. Quod monitorium contra reum perſonaliter, ſi eius copia haberi poterit, ſin autem, domi copia dimiſſa (ut ſupra de citatione dixi) exequi debet, lib. iii.

F c. 3. &

ret ad.l.fi. cum nota.ff. de interro. actio.l. certum.§.siquis absente.ff.de confess.sed sta tutum uoluit etiam parte absente ualere d.lib. 1.c. 63.

16 Post pronunciam de habendo pro confesso, seu lapsum termini in pronuncia appositi, non admittitur reus amplius ad moræ purgationem, licet possit ab illa pronuncia appellare: & in causa appellationis seu excusare rationabiles causas allegando, quare nō responderit, uel etiam docere de iniustitia pronunciæ probando rem, & factum aliter se habere, quam in positionibus contineatur Bal.l.1.C. quorum appella. non recip. Philipp. Franc. c.fi. ad fi. qui alios refert de confess. in 6. & melius.c. cum speciali.§.porro in 4. col. extra de Appell. Quicquid uideatur tenere Deci. cons. 34. col. 1, ubi sentit hanc esse interlocutoriam, & ab ea omnino appellare non licere. Iudices tamen apellantes, si se excusent, & paratos respondere offerant, reponere quandoq. consueuernnt in pristinum. Qua repositione stante, ex integro ad respondendum admittuntur: & hoc quodam abusu: nam ex statuto non permittitur post pronunciam, contumaciæ purgatio, ut dictum est.

17 Sciendum tamen est, quod, si positiones continerent aliquem articulum, cui de iure

reus respondere cogi non posset, quàmuis ad causam faceret, reus super illo pro confesso no haberetur: nec talis pronuncia, quo ad illum articulum, noceret. ex statuto prædicto lib. 1. cap. 63. ubi disponitur contumacem haberi pro confesso, super quibus de iure respondere tenetur: quod & iuri communi consonum est. Philipp. Fran. c. fi. col. 6. uersi. & scias. de confess. in 6.

Notandum quoq. est, quod si esset aliqua positio, uel articulus, qui incuria fabricantis die, tempore, loco, aut aliqua necessario requisita qualitate careret: quod decretum de habendo reum super talibus positionibus pro cófesso nihil actori prodesset. quia quemadmodum illa qualitate non probata actor obtinere non potuisset, ita petitione pro confessata habita obtinere non poterit. Bal. l. 1. in fi. C. si plures una senten.

Item est notandum, quod uerba enunciatiua cum dispositiuis in positione mixta nó uidentur per reum affirmata, licet ipse simpliciter credere responderit, de quo per Matthesi. nota 33. nota quod si in positione.

18 Quibus autem positionibus respondere reus, & quibus non teneatur, late ponitur per glo. & Philipp. Franc. d. c. fi. de confe. & c. præsentium de testi. in 6. per Card. Clem. sepe §. interrogabit de uerb. signi. per Bar.

Bal. &

Bal. & alios.l.ii.§ quod obseruari.C. de iura mẽ. calum. per Bar.l.si duo patroni.§ idem iulia.ff.de iure iuran. per Specu. de positio. & iur.calum. ad quæ,& alia loca cõmunia is, qui amplius de his scire cupit, recurrat.

19 Simpliciter tamen; & pure, qui positioni bus respondet, siue actor, siue reus sit, respondere tenetur. lib.1. cap. 63. ad si ex quo uerbo simpliciter in statuto apposito proba tur non licere interrogato responsum ambi guum, uel cum aliqua qualitate annexum, ex qua responsum redderetur obscurum, uel inualidum, dare: sed simpliciter an credat, uel non credat, respondere debet Bal.l. 1. in princ.C. de ædil. actio. Bar. Pau. Alex.Ias.So ci. & alii moderniores l.1.§.siquis simpliciter in princ.ff. de uerb. obligatio.

20 Et ideo superius admonueram patronum actoris, ut positionem explicitam, & simpli cem faceret, ne, dum quærit cum implicita positione reum inuoluere, suum clientem eludat: nam si reus positionem implicitam, uel in parte ueram, in parte falsam uidet, sim pliciter dicendo, non credit ut ponitur, se ab onere eximet, & a iure tuebitur. quia quamuis occasione partis falsæ totam positionem licite reus negare non possit, secun dum magis communem opi.de qua per Bar. Paul. Alex. Aret. & Ias.d.l.1. §. si stipulanti

 ff. de uerb.

ff. de uerb. oblig. quicquid tenuerit glo. d. c. fi. de confeff. in 6. in glo. magna & Bar. d. §. obſeruari, & alii, quos refert Philipp. Franc. d. c. fi. col. 4. in fi. & Cagno. l. non poteſt uideri improbus. ff. de reg. iur. Tamen dicendo, ut ponitur, reſponſio impugnari non poteſt, licet reſpondens non ſit tutus a periurio, ut dicunt doctο. in locis prӕalleg.

21 Datur tamen formāti poſitionem cautela, ut ſi omnino ſuper ſingulis uult reſponſum habere, in fine cuiuslibet poſitionis adiiciat, Et ſi non credit de tanto, dicat de quanto, ideſt ſi non credat totam poſitionem, dicat quam partem poſitionis uerā credit. Iaſ. d. l. 1. §. ſi ſtipulāti n. 10. ad fi. ff. de uerb. oblig. Cagno. d. l. non poteſt. ff. de reg. iur.

22 Quod ſi multiplici poſitioni, ideſt quӕ plures articulos contineret, ut puta Titium uixiſſe, Sempronium illi mutuaſſe centum, Mӕuium conuentum Titii eſſe heredem. Mӕuius reus reſponderet, credere ſe Titium uixiſſe, quamuis ceteris huius poſitionis articulis explicite non reſpondiſſet, reliqua negaſſe, & non crediſſe cenſebitur. Et ex contrario ſi unum ex prӕpoſitis negaret, cetera affirmaſſe credetur. Phil. Franc. d. c. fi. col. 5. uerſi. aduerte de confeſſ. in 6. Mattheſi. nota. 77. nota quod poſitio. ſed ibi Mattheſi. quantum ad reliqua non expreſſa tenet oriri prӕ-

ri præſumptionem, & ſemiplenam, non etiã plenam probationem.

23 Hæc de præſentibus dicta ſunt. ceterum ſi hi, quorum reſponſiones deſiderantur, abſentes tempore cœptæ litis fuerint, uel poſt motum iudiciũ ſine fraude abeſſe cœperint, ſi per quadraginta milliaria, aut ultra abſentes ſint, nec de proximo ad urbem redituri exiſtimentur, de qua abſentia procurator ſuo iuramẽto fidem faciat: tunc procurator legitimus, ſi plene ſe inſtructum iurauerit, ad reſpondendum admittitur. d. lib. 1. cap. 58. & lib iiii. cap. 13. Et hoc caſu intelligo, quod procurator admittatur, quamuis ſpeciale mãdatum, de quo ſtatim dicam, non habeat: ut in hoc corrigatur ſtatutum. d. lib. 1. cap. 58. per quod ſpeciale mandatum requirebatur per dictum ſtatutum lib. iiii. cap. 13. Nam cum ſpeciale mandato quolibet caſu procuratores admittuntur, Bar. Caſtren. & Alex. l. fi. C. de procu c. ii. ubi glo. & docto. de conſeſſ. in 6. Augu. in addi. ad Ange. de malefi. in uerb. qui dominus iudex n. 21. Ex quibus locis colliges mandatum debere eſſe ſpecialiſsimũ, ideſt, ſi interrogaberis, ſi Titius uiuit, reſpõdeas, credo: ſi Fuluia eſt eius uxor, non credo. Et ſic de ſimilibus: quod mandatum uix ſine poſitionum copia fieri poterit.

24 Si uero is, qui reſpondere tenetur, per ca

lumniam absit, & is, qui responsum desiderat, dicat dominum legaliorem, & eius omnino responsum affectet, Notarius sumptibus absentis destinandus est.d.lib.1.c.58. glo.& Bar.l.ii.§.fi.in fi.ff.quib. ex cau.in poss. ea.Philipp. Franc. post. domi. d. c. praesentium col.6.in prin.de testi.in 6. In hoc enim statutum antiquum d.cap.58. correctum nō arbitror: quia statutum, quod est.d. lib.iiii. cap.13. de eo loquitur, qui sine fraude abest, ut praedixi.

5 Hæc omnia, quæ dicta sunt de reo, ut respondere cogatur, locum habent in actore d. lib. 1.cap. 58. præter quam quod actor sequenti die post litis contestationem suas positiones assignare debet, si responsum habere uult, ut prædixi: Reus uero in quacumq. parte iudicii suas positiones exhibebit, actorem ad respondendum cogere poterit (intelligo usq. & per totam tertiam dilationem, cuius lapsus uim cōclusionis habet, ut infra de dilationibus dicetur) Bar.l. ubicunq. col. fi. n.19.ff.de interrog. actio.per tex.l. iudices & auten. iubemus & in corpore, unde sumitur.C. de Iudi. & hoc ad partis instantiam.

6 Sed si iudex ex suo officio partem interrogare uellet, tunc posset etiam post conclusionem c.cum Ioannes extra de fide instru. ubi docto. Clemen. sæpe. uer. interrogabit

&ibi

&ibi Cardi. de uerb. sign. & est communis opinio secundum Hippol de Marsi. qui cumulat hoc tenentes sing. suo. 155. doctrina, ac conclusio. Qui declarat, & limitat hoc uerum esse, si Iudex uelit super his, quæ in iudicio ante conclusionem deducta sint, interrogare: ut eo casu possit: non autem super nouis ante conclusionem non deductis.

27 Et prædicta de causis ordinariis, de quibus loquimur, dicta esse intelligas. Nam in summariis tum ad partis instantiam, siue actor, siue reus sit, qui petat, cum etiam ex suo officio Iudex & tam ante, quam post conclusionem in causa (si eam fieri contingat) partem interrogatam respondere cogere poterit d.c. cum Ioannes in fi. de fid. instru. & d. Clemen. sæpe. uersi. interrogabit de uerb. significa. glo. cap. ii. in. 1. glo. extra de offi. iudi. & d.l. ubicumq. ff. de interrog. actio. quod etiam innuere uidetur statutum libr. 1. cap. 63. in fin.

28 Et quamuis iure communi inter credulitatis, & ueritatis responsum differentia constituatur, & quandoq. quis præcisius, quam credo, respondere cogi possit, ut legitur, & not. d. c. ii. de confess. lib. 6. & per Franc. d. c. præsentiũ de testi. eo. lib. 6. attamen hoc nostro municipali iure decisum est, ut responsio, credit, habeatur pro confessione, & nõ

credit,

credit,habeatur pro negatione.d.lib.1.c.63.
29 Postquam reus contumax in respondendo positionibus pro cōfesso habitus fuerit, cauti patroni cōsueuerunt expectare,ut decretum in iudicatum transeat,ut reus a remedio appellationis, per quod, ut dixi, sibi consultum esse poterat,excludatur:sicq. elapsis diebus octo a statuto ad appellādum datis,lib.1.cap. 161.reum, & illius procuratorem ad sententiam (ut infra de citatione ad sententiam dicetur)citari facient:quia alias sine citatione,etiam quod habeatur pro cōfesso, condemnatio fieri non posset. Philip. Franc. post alios d.c.ii.col.7.uers. in gl. in fi. de confes. in 6. Sed hoc uerum, si actoris intētio circa reliqua sit plene fundata: ceterū si adhuc aliqua uerificanda remanerent, illa essent ante sententiam omnino uerificanda, ut ibi dicitur.

30 Superest, ut admoneam, quod reus, qui positionibus respondens negat filiationem, maternitatem, fraternitatē,matrimonium, dignitatem, officium, tabellionatum,communionem, mortem, uel uitam alicuius, & contrarium fuerit probatum, in certa pecuniarum quātitate, fisco,& parti applicanda, condemnari debet. Et si condemnationem hanc Iudex requisitus tempore ferendæ sententiæ facere cesset, de suo tenetur,ex statu

to lib.1.

to lib. 1. cap. 64.

31 Sed & siquis interrogatus neget petitam per ipsum summam sibi fuisse a reo satisfactam, idest positioni continenti satisfactionem non credere responderit, & satisfactio per testes probetur, si is, qui non credere responderit, sit is, cui satisfactum probetur, certa pecunia mulctari debet, fisco, & parti applicanda. lib. iii. cap. 81.

De admissione articulorum, & testium examine Cap. V.

Forma citandi reum in productione articulorum n. 1.
Testium nomina an sint edenda n. 2.
Ad interrogatoriorum exhibitionem currit terminus ab obtenta copia sine ministerio iudicantis n. 3.
Ad iuramenta testium citatio est necessaria: alioquin examen esset invalidum n. 4.
Dantur quatuordecim casus, in quibus citatio ad iuramenta testium non est necessaria. ibidem remissiue.
Testes quando iurasse præsumantur iure isto n. 5.
Receptio testium ad iuramenta potest committi Notariis. ibidem.
Testes iurare debent semel tantum: ideo cum

tempore

litigent,

Testium

Teſtium numerus qualis eſſe debeat. ibidem remiſſiue

SI reus ea, quæ pro actoris parte poſita, & articulata fuerint, negauerit, uel etiam, ſi actor abſque tali reſponſione ſuam intentionem probare uelit, tunc ſi reus in productione poſitionum citatus non fuerit, actor eundem citari faciat ſub hac forma. Coram illuſtri domino Senatore Ro. (fideicōmiſsi) citetur Liuius Murena ex aduerſo principalis, ſiue Marcellus Formianus illius procurator ad uidendum productionem, ſiue repetitionem articulorum, dicendum contra, uidendum illos admitti, iurare teſtes, & illorum iuramenta, & examen committi ſuper dictis articulis, & tota cauſa ad primã diem, & dandum interrogatoria per totam illam, & ſequentē dies. Factaq. per nuncium relatione, & con tumacia accuſata, actor producat, ſiue reproducat poſitiones, ſiue arriculos tunc, ſeu alias datos, & teſtium nomina edat: et hæc omnia petat recipi, & admitti, & committi Notario, receptionem iuramentorum teſtium, illorumq. examen in forma. tunc iudex interloquendo articulos ſi, & in quantum admittere, & Notario receptionem iuramentorum, & examē committere debet:

Et

Et exinde Notarius adnotare in actis, quod testes comparuerunt, & iurauerunt.

Formulæ hæc quo ad citationem ad uidendum productionem articulorum, & dicendum contra, elicitur ex statuto lib. 5. cap. 1. iuncta l. de unoquoq. ff. de re iudi. Nam statutum præcipit articulos produci; lex partẽ citari iubet. de qua re infra latius uersi. admissio.

2 Nomina testium ex præscripto Curiæ stilo indifferenter eduntur: licet Alex. post Specu. Io. Andre. & Bal. tenuerit nõ esse edenda, ubi timor subornationis adesset. Alex. l. 1. §. editiones n. 21. ff. de eden. de quo infra eodem uersi. reus ad prædicta.

3 Super exhibitione interrogatoriorum nõ est opus, quod Iudex interloquatur: cum terminus ad illa dandum post habitam copiam sit illius, & sequentis diei, & sine decreto, & iudicis ministerio currat. lib. 5. cap. 6.

4 Ad uidendum iurare testes requiritur a iure citatio: alias iuramenti receptio, & examen non teneret. l. si quando. C. de testi. c. ii. extra eodem. Vbi Feli. dat. quinq. ampliationes, & annotat quatuordecim casus, siue limitationes, in quibus testes parte non citata recipi possunt.

Testes autem ex antiquo huius fori stilo iurasse tempore, quo eorum nomina eduntur præ-

ſumuntur. Et ideo Notarii poſt Iudicis decretum apponere conſueuerunt illa uerba, qui teſtes cōparuerunt, & iurauerunt: & nō ab re, quia Iudices receptionem iuramentorum teſtium Notariis committere poſſunt. Clemen. 1. de offi. deleg. l. iudices & auten. apud eloquentiſsimū. ubi Doct. & maxime Sali. & Angel. in prin. C. de fid. inſtr. quo fit, ut cum teſtes tempore examinis iurent, iuramentum ad tempus commiſsionis retrotrahatur: cum nō niſi ſemel iurare debeant teſtes, Innocen. c. in literis extra de teſti. Bar. d. l. ſiquando. C. eo tit. Bal. l. geſta. C. de re Iudi. & ambo. l. ii. C. de ſacroſan. eccle. Cū igitur examen ad tempus iuramenti referatur. Bar. d. l. damni. §. Sabinus. n. 8. & ibi additio dat concor. ff. de dam. infec. & d. l. ſiquando. Alex. ad Bar. l. ii. in 1. lectu. C. de teſti. cū concor. non impertinenter factum eſt, ut iuramentum ad tempus commiſsionis referatur: etſi ſciam teſtem inductum, ſeu nominatum poſſe tempore præſumpti iuramenti taliter abeſſe, ut impoſsibile ſit tunc in iudicio comparuiſse.

6 Admiſsio articulorum, circumſcripto ſtatuto, de quo ſtatim dicam, omnino requiritur. Et quamuis aliqui tenuerint a iure non requiri per Rotam deci. 105. ualet receptio alias de teſti. x. & deci. 392. ſi auditor alias

de probatio. 12. in no. ea forte ratione, quia Iudex procedendo ad receptionem teſtium tacite uidetur admittere: nihilominus contraria ſententia, quod admiſsio requiratur, & parte citata fieri debeat, uerior eſt. Feli. cap. ii. n. 32. extra de teſti. poſt Rot. deci. 93. alias de probatio. 8. in no. Philipp. Franc. qui dicit citationem, & admiſsionem requiri. c. præſentium. §. teſtes quæſtio. 1. de teſti. in 6. & deciſiones Ro. 105. & 392. allegatæ loquuntur in caſibus, in quibus termini in Rota ſeruari ſoliti ſeruati fuerant: & per conſequens pars fuerat ad dicendum cõtra articulos citata. quia inter terminos Rotæ eſt terminus ad articulandum, & dicẽdum contra articulos: merito igitur uidebatur, quod cum eſſet diſcuſſum ſuper articulis, uel terminus ad diſcutiendũ lapſus, quod articuli per proceſſum ad ulteriora cenſerẽtur admiſsi, & exceptio reiecta, ut de ceteris etiã exceptionibus cognitis dicitur. l. a procedente cũ not. C. de dilatio. Remanet igitur, quod citatio ad dicendnm contra, & uidendum admitti omnino iure communi (appello autem ius commune tam canonũ conſtitutiones, quam legum ſanctiones) neceſſaria ſit, licet, quantum ad admiſsionem attinet, ſtatutum lib. 5. cap. 49. prouidere uideatur, quod omnino cenſeantur ſine iudicis de-

cis decreto admiſsi, diſputatione pertinentium, uel impertinentium in fine cauſæ reſeruata.

Hic animaduertendum eſt, quod ſi articuli omnino impertinentes eſſent, tunc diſputatio nō recte reſeruatur, nec deberent ſimpliciter admitti. Imo .l.ii §.prætor ait.ff. de dam. infec. Ias.l. ſi duo patroni.§.idem Iulianus n. 34.ff.de iure iur. Et ſi de facto admiſsi eſſent, deberet pars, contra quam admiſsi ſunt, appellare, ſicut a qualibet alia interlocutoria grauamen afferente. Franc. d.c.præſentium.§.teſtes quæſtio.ii. de teſti. in 6.

7 Verba illa, quæ in citatione appoſui, ad uidēdum iurare teſtes ſuper articulis datis, & tota cauſa, ad tollendam difficultatem, ſi quid forte extra articulū teſtes deponerēt, apponuntur. Bar.l.momentaneæ.C. qui legi. perſo. & d.l.ſi duo.§.idem Iulianus.ff.de iure iuran. licet ſi reperirentur teſtes ſimpliciter iuraſſe, tam ſuper articulis, quam etiam tota cauſa iuraſſe intelligerentur, ut dicit Alc. d.§.idem Iulianus nu. 17. Feli.c. de teſtibus nu. 2. extra de teſti. Igitur aut dicendum eſt ſimpliciter in citatione, & iuramenti receptione, iurare teſtes: aut omnino, ſi ſuper articulis dicitur, uerba illa, & tota cauſa, ſunt addenda.

8 Nominando teſtes actor aduertat, neque

suæ intētioni contrarium nominet: nam re nūciare nominatis, maxime in casu nostro, quo iurasse præsumuntur, nō posset: ex actoris enim inductione adeo testium personæ approbatæ censentur, etiam si alias ipsi testes essent inhabiles respectu illius, contra quem nominatur, ut quia essent illius consanguinei, familiares, amici, uel quid tale, a testimonio ferendo pro eo, contra quem nominati sunt, repelli non possent: quoniā pro utraq. parte iurasse censeatur. glo. l. iuris iuran. C. de testi. Bar. post glo. l. si quis testibus. C. eod. tit. & ad Bar. ibi add. Parisi. cōs. 83. nu. 30. uol. 1. & cons. 53. nu. 4 uol. 4. Feli. d. c. præsentium n. 7. extra de testi. qui conclusionem prædictam limitat, nisi testis propter oppositionem illius, contra quem producebatur, fuisset per iudicem a testimonio ferendo repulsus.

9 Reus ad prædicta citatus compareat: & pro tunc generalia contra articulos saluis aliis suis loco, & tempore apponēdis dicat, & illorum copiam petat, & arram pro copia det, ac etiam protestetur cōtra personas testium, & dicenda per eos, nisi uiderit aliquos & pro se testimonium laturos: et insuper petat specificari nomina, & cognomina testiū ad effectum, ut cognitis testibus etiam interrogatoria, personas testium concernentia,

forma



formare posſit: nam multoties teſtes interrogati ſuas exceptiones fatentur. Et ſi uiderit articulos nō fuiſſe medio iuramento per articulantem datos, petat materias medio iuramento aduerſarii ſpecificari. quod quandoq. prodeſſe poterit, ſi ponens contrarium eius, quod iureiurando affirmauit, aliquando aſſerere uellet. Et hæc ſpecificatio, & nominum editio, ſi petita ſit, omnino fieri debet. glo. l. 1. §. editiones. ff. de edē. Bal. c. per tuas col. ii. uerſi. item nota, & ibi Feli. ante nu. 4. extra de teſti. glo. l. tertia. §. ideoq. in uerb. quanta fides in princ. ff. eo. titu. l. non ex omnibus in princ. ibi ſi teſtium nomina ex ſententia arbitri exhibita non ſint. ff. de arbi.

10 Excipitur, ut dictum eſt, contra teſtium perſonas ab initio: quia, ſi ita non fieret, ius excipiendi, & reprobandi ex capite inhabilitatis perſonæ tempore publicationis ſaluū nō eſſet. auten. ſi dicatur ubi Bar. C. de teſti. c. præſentium, ubi Feli. ponit ſupraſcriptam regulam cum ſepte limitationibus in princ. extra de teſti. Vbi etiam aduertit, quod qui proteſtatur uelle teſtes reprobare, nō poſſet facta publicatione eorum dictum approbare, ſi in eius fauorem depoſuiſſent nu. 6. etiā quod ita generaliter, ut dictum eſt, oppoſuiſſent. Sed quoniam ſtatutum noſtrum d. lib. 5.

cap. 49. exceptiones omnes in fine causæ discutiendas reseruat, diligẽter animaduertere debet, qui contra testes protestatur: quia hæc impugnatio posset quandoq. nocere: nam statutum circumscripta protestatione ius excipere uolentis saluum reliquisse uidetur.

11 Sed quamuis prædictum statutum exceptiones contra testes ad merita, & causæ finem reseruet, ut uideatur interim nolle, ut de exceptionibus disputetur; adhuc tamen puto, quod si testes essent omnino inhabiles, quorum examen de iure improbaretur, ut si essent serui, Iudæi, Hæretici, aut tales, qui non essent admittendi, de quibus. d. auten. si dicatur. C. de test. & d. c. præsentium: eo casu exceptio opponenda, & discutienda est: nam de istis exceptionibus, quæ testem ab initio repellunt, statutum non intelligit, ut. s. proxime dixi, quãdo articuli sunt omnino impertinẽtes uersi. Hic animaduertendum, de mente Imo. & Ias. & ita pluries seruatum uidi.

12 Sequenti die post copiam petitam reus eã recipiat, aut in actis protestetur, per eum nõ stare: quia in eo termino est monitus a statuto ad illam recipiendam lib. 5. cap. xi. Qua recepta, a solerti patrono interrogatoria sunt formanda; de quorum formatione late Specu.

Specu. de interroga. teſtium per totum. et in hoc patroni ingenium præualeat oportet: quoniam ex circumſtantiis ueritas elicitur: & multoties ſuper articulis male & imperfe ƈte formatis teſtes nimis diligenter interrogatos recte depoſuiſſe uidi: quod forſan ſine interrogatoriis non feciſſent. ſicq. ut aiunt, Capra ſibi iugulum reperit. Et ex contrario ſæpe uidi teſtes contra producentes probaſſe propter interrogatoria, quæ uel facti ueritatem, & ſeriem aperuerunt; uel ſuper nõ articulatis circũmſtantiis ad cauſam pertinentibus interrogauerunt. Ex quibus facile dignoſci poteſt artem eorumdem fabricãdorum melius excogitari, quam tradi poſſe.

13 Horum autem interrogatoriorum copia parti danda non eſt; ſed Notarius examini præpoſitus penes ſe retinere debet. Alex. l. ii. ſub nu. 4. C. de eden. Feli. c. per tuas nu. 3. de teſti.

14 Refrenari interrogatoria, ſi impertinentia ſint, a Iudice poſſunt, & debent gl. c. præſentiũ in uerb. interrogatoria de teſti. in 6. ubi aduertit Fontana in Add. quod ſi quæ ſint dubia, non reſecãtur. allegat not. c. per tuas extra de iud. Et hoc idẽ uoluit Philip. Fran. d. c. præſentium. §. teſtes col. penul. uerſi. in eadem glo. in fi. de teſt. in 6. Quæ autem dicantur incongrua, ſiue impertinentia, tradit

Rip.l.1. nu. 41.ff.si cer. peta.

15 Non omittat Notarius examini præpositus testes super datis sibi interrogatoriis diligenter interrogare: nam si omitteret, sibi notam, & producenti præiudicium maximum pareret; siquidem etiam post publicationem super omissis interrogatoriis interrogari poterunt. Philip. Franc. d.c. præsentium.§.testes col.ii. post.glo. nota.l.1.§.si curatores.ff. de magistr. conue.& nota. per Doct.o.c. cum causam extra de testi.& ibi Feli. n. 8. Quinimo etiam non datis a parte interrogatoriis Notarius ipse ex suo officio testes interrogare tenetur, ut infra eodem dicam uersi. item & illud.

16 Quod si Notarius, qui examini præest, alterutri litigantium suspectus sit, tunc is, qui eum suspectum habet, ante examen, & ante quã illi interrogatoria tradat, eum Notarium citra iniuriam ex certis causis animum suum mouentibus sibi suspectum dicat; et exinde ad examen non deueniri protestetur, nisi concordato de adiuncto Notario, qui in examine interueniat. ex statuto lib.iiii.c.14. ad fi. & lib.5. c.7. quæ capitula & si aliter eloqui uideantur, ab usu tamen, & consuetudine eam interpretationem receperunt; ut nisi adiunctus petatur, Notarius actuarius illius causæ examini testium

solus

ſolus ſuperſit, absq. eo, quod alii examinatores eligantur. minime igitur mutãda ſunt quæ conſuetudo prima legum interpres ſecundum Bal.l. ſi quando in.ii. lectu.C. de teſti. declarauit ad.l. minime ff. de legi. Hoc igitur caſu pars, quæ adiunctum petiit, penes ſe interrogatoria conſeruare debet, Notario adiuncto tempore examinis conſignãda.

17 Eo adiuncto petito is, qui teſtium examen affectat, aduerſarium citari faciat ad cõcordandũ de Notario adiuncto, & ad conducendum illum ſingulis diebus a certa hora uſq. ad certam horam, in certo loco: alias uidendum mandari examinari ſine, & facta citationis relatione, & contumacia aduerſarii accuſata, iudex, ſi uiderit aduerſarium contumacem, petitionem adiuncti, utpote calumnioſam reiiciendo mandabit examinari ſine adiuncto, niſi infra certum terminum de eo concordauerit, & illum adduxerit.

18 His peractis is, qui teſtium examen deſiderat, curabit, ut teſtes ad Notarium accedant: (niſi perſonæ ſint, ad quas Notarius accedere debeat) nam in his, qui ſponte ad ferendum teſtimonium accedere uolunt, citatio non requiritur: nec eo minus idonei ſunt, quia a producente rogati ad Iudicem, uel Notarium eant. Fel.d.c.ii. nu.23. de teſt. Niſi ſe temere ingerant; & hoc extra mate-

riam

riam peccati: nam ubi de peccato uitando tractaretur, etiã se ingerere possunt: ut ipse Feli. prosequitur.d.nu.23.cum multis seq. de quo etiam per Hipp. sing. 140. testis.

19 Quod si testimonium benigne ferre recusent, tunc moniti per Iudicem, si in contumacia persistant, captis etiam pignoribus compellentur .l. siquando ubi glo. Bar. Bal. & Sal.C.de testi.Quod quidem de plano procedit, si testes tales sint, qui inuiti testimonium ferre cogi posint .l.4. & .l.inuiti 1.& 2.ff.de testi. ubi notatur, qui testimonium ferre cogi posint, quiue non.

Qua in re animaduertendum est, quod illi, qui ex dispositione proxime relatarum legum inuiti testimonium ferre non coguntur, in subsidium cogi poterunt. d.glo.l. inuiti la.1.Sali. d.l. siquando nu.4.C. de testi. Roma.sing.393.tu habes.

20 Nõ ignorabit hoc in loco Notarius, quod si debito tempore requisitus oblata mercede, fuerit in examine morosus, ipso iure ab officio actuarii priuatus intelligetur, & parti ad interesse tenebitur. lib.5.cap.7.

21 Illud etiam summopere animaduertant Notarii, ut dictum testis explicite, & integre, non aũt mutilate, aut sub compendio uerborum annotent. Nam si scriberent, Testis dixit articulum uerum, causam non sub

nectendo:

nectendo; uel Caius dixit, ut Seius: talis depoſitio nihil probaret; & adhuc non obſtante publicatione teſtes repeti poſſent. lib. 1. cap. 69. Prudenter etiam facerent in cauſis arduis, & ubi de rationabili præiudicio tractatur, ſi dictum teſtis uulgari ſermone, & eademmet uerba, quæ a teſte proferantur, deſcriberent; ne, dum interpretes fiunt, parti præiudicium faciant, & animæ eorum peccatum adſcribant.

22 Hoc autem ſtatutum diſponens dictum teſtis dicêtis articulum uerum ſine cauſæ ſcientiæ aſsignatione, uel Caius dixit, ut Seius, non probare; locum habet in quocumq. foro ciues, & alii, ſtatutis ſubiecti, litigent: quoniam tale ſtatutum deciſorium, ſiue deciſoria concernens dicitur. Alci. de præſumptio. Reg. iiii. præſump. 44. nu. 17. poſt Calde. Sali. & alios, ubi per eum.

23 Item & illud in examine obſeruabit Notarius, quod quamuis a parte altera ſibi interrogatoria data non fuerint; nihilominus ipſe ex ſuo officio teſtes de cauſa ſcientiæ, loco, tempore conteſtibus interrogabit, quia tenetur. d. lib. 5. c. 6.

24 Si teſtes, quorum examen deſideratur, extra Vrbem, intra tamen Vrbis diſtrictũ reperiãtur, tunc (niſi egregiæ, & impeditæ perſonæ ſint, de quibus d. l. 4. & l. inuiti 1. & 11. ff. de teſti.

de testi. & .l. ad personas.ff. de iure iur. quibus actuarius destinari debet, quia remissiones nō nisi pro testibus extra districtum degentibus concedendæ sunt ex statuto lib. 1. cap. 53.) testes ipsi ad testimonium ferendū uocandi, & si contumaces sint, captis etiam pignoribus uenire compellendi sunt. d.l. si quando & c. statutum. §. proferendo de rescrip. in 6.

25 Verum, quia testibus sumptus a producente subministrandi sunt .l. quoniam liberi. C. de testi. & d. c. statutum. § proferendo: & nō tantum proueniendo, & stando, sed etiā pro redeundo, & pro uectura equi, siue nauis, si qualitas personæ hoc requirat, ut dicunt Bal. & Sali. d.l. quoniam liberi, & Philipp. Franc. d. § proferendo (nam rustici equitare non debent, Bal. l. idemq. § idem labeo. ff. manda.) igitur non prius iudex citationem contra testes decernet, quam postulans ipsos testes uocari, penes causæ Notarium cōpetentem mercedem deposuerit, pro expensis prædictis, ipsius iudicis arbitrio taxandis. Bar. & Sali. d.l. quoniam liberi, gl. & Franc. d. § proferendo.

26 Salarium autem recipere nō debēt testes præfati; imo si aliquid salarii nomine recepisse detegerentur, dictis eorum tamquam corruptis fides adhibenda non esset: qua in re

multos

multos errare dicit Franc. d.c. statutum §. proferendo de rescrip in 6. post Bal.l.fi.in fi. C. de fruct.& litis expen.

27 Sed si pars, contra quam testes ipsi producūtur, & ipsa illos examinari facere uellet, ipsa quoq. pro rata expensarum contribuere debet. Sali. & Franc. ubi proxi.

28 Expectare autē testes per quindecim dies in loco, ubi uocati fuerint, cogi possunt: illis uero elapsis recedere possunt. d.l. quoniam ubi additio plena. C. de testi.

29 Ante tamen quam ad grauaminis decretum propter testium contumaciam deueniatur, peremptorium requiritur; cum nec ante contumaces dici posint, nec quis sine peremptorio grauari debeat. Bal.d.l.si quādo quæstio.1.C.de test. Bal. & Sal.l. accusationis. C. de accusatio.

Peremptorium autem quid sit, & quando unica citatio pro peremptorio sufficiat, & quando non, traditur per Doct.l ad peremptorium.cum seq.ff.de iud.per Alex. ad Bar. l. iii.§.Stichus.ff.de statu lib. Fel.c.cum olim. in princ. extra de test. &.c. quoniam.§.porro.nu.20.& seq.ut lite non contesta.per Afflic. defi.289.colum.2.

30 Sed si per testes mora fiat, quominus causa infra terminum forte præfixum expediatur, tunc si nihil est, quod parti producenti imputa-

imputari posſit, ut quia congruo loco, & tempore cœpit, & inſtitit, & quicquid potuit fecit, benigne ſecum agendum eſſet. Addi. ad Bar. d. l. ſi quando. in prima lect. in princip. C. de teſt. Hoc autem iure communi uerum eſſe arbitror; ſed in terminis noſtrorũ ſtatutorum non ita. nam tertia dilatio, quæ præfigitur a ſtatuto, lib. 5. ca. 1. eſt ad probatum habendum per omne genus probationis, per quam omnis diligentia excluditur, ut dicam, dum de ea dilatione tractabo.

De numero teſtium examinandorum infra ſuo titulo dicam.

De remiſsionibus pro teſtibus examinandis. Cap. VI.

Teſtes, qui ſunt extra territorium Vrbis, non poſſunt cogi ad ueniendum. n. 1

Remiſſiones pro teſtibus examinandis quo modo petantur n. 2

Ad obtinendum remiſſorias quæ ſint neceſſaria: et de depoſito fiendo per inſtantem. ibid.

Obtinens remiſſiones ſi teſtes examinari non fecerit, uel ſuam intentionem non probauerit, incidit in certam pœnam. ibid.

Ad euitandum depoſitum dictæ pœnæ ſufficit, quod iudex interloquatur, dilationem non eſſe calumnioſe petitam. ibid.

Teſte

Testes informiter examinati ualent ad dandum odorem, quem uulgo dicimus fumum, probationum. ibidem.

Statutum loquens de remissionibus est conforme iuri communi; & unde sumptum n. 3

Post formaliter petitas remissorias, ad quæ, quando, & quo modo citandus sit reus n. 4

Examen per remissorias committitur ordinario loci, ubi commorantur testes; nisi partes in alium consenserint n. 5

In literis remissoriis non includuntur articuli, & interrogatoria sine citatione rei; & de forma dictæ citationis. n. 6

Reus citatus in decreto remissoriarum citandus est etiam in loco destinati examinis ad cautelam, non autem de necessitate n. 7

Quæ sint partes iudicis, cui sit remissio examinis, in examinando. n. 8

In loco remissi examinis citanda est pars aduersa ad uidendum iurare testes, licet de stilo testes nominati habeantur pro iuratis n. 9

Formula epistolæ remissionis non debet esse præceptiua, sed deprecatiua: & multa interim scitu digna, remissiue, de dicta formula n. 10

SI uero testes extra territorium, siue districtum Vrbis sint, quo casu ad ueniendum cogi non possunt. l. fin. ff. de iurisd.

om.

omn. iudic. Salice.l. ſiquando nume.3.C. de
2 teſti. tunc remiſsiones pro teſtibus examinandis peti debent facta termini(ſi præfixus ſit) prorogatione, ſecundum diſtantiam locorum ubi teſtes eſſe dicuntur, non tamen antea ad decretum remiſsionum deuenitur, quam illas petens, teſtes et loca nominauerit, & probationes quas facere intendit, declarauerit, & penes Camerariū Vrbis ſeu penes actuarium, (ut uſu receptum eſt,) depoſuerit pignora ualentia quantitatem xxv. ducatorum auri, aſsignanda pro medietate Cameræ ſiue fiſco, & pro alia medietate parti, contra quam remiſsiones petitæ fuerint, ſi illas petens, uel teſtes non examinari fecerit, uel examinati nihil de illius intentione probauerint. cui depoſito locus non eſt ſi iudex cauſa cognita interloqueretur dilationē calumnioſe petitam non eſſe. Hæc omnia ex libro primo c. 53 quod quidem ultimū contingere poſſet, ſi pars quæ remiſsiōes petit, exhiberet teſtes in loco ubi eſſe dicuntur, informiter examinatos, aut aliter probationū odorem daret, ut uſu maxime in ſacro Rotæ auditorio receptū eſt.
3 Hoc aūt ſtatutū quo ad remiſsiones, ſumptum fuit ex. §. & quoniam ubi Angel. au. de teſti. ex quo ſumpta eſt auten. apud eloquentiſsimum. C. de fid. inſtru. & ex gloſ. & Salic.

Sal. ac aliis d.l. ſiquando .C. de teſt. & ex.l. eos.§. 1.C.de appella.

4 Facto igitur depoſito, & declaratione loci & nominum teſtium, datisque articulis, citabitur is, cōtra quem remiſsiones petuntur, ad uidendum decerni remiſsiones, pro teſtibus in actis nominatis, ſuper articulis exhibitis, & tota cauſa examinandis, & concordandum de Iudice, & portitore, necnon conſtituendum procuratorem quem in loco remiſsionum citari uult, alias uidendum Iudicem & locū eligi ex officio, & decerni proceſſum per affixionem citationis ad ualuas Eccleſiæ maioris, loci concordandi, uel per Iudicem eligendi, ad primam diem, & ad dādum interrogatoria per totam illam & ſequentem dies: et reo non comparente nec de Iudice loco aut portitore concordante Iudex iudicē locum & portitorem deputabit, & ſi neque procuratorem cōſtituet, proceſſum per affixionem decernet.

5 Sed quantum ad iudicem attinet, nōn niſi ordinarium eliget.d. auten.apud eloquentiſsimum, & d.§.et quoniam Alex.conſ.104. ad fi. Vol. 4. niſi partes in alium quenquam conſentirent, nam clarum eſt quod partes etiam in non ordinarium cōſentire poſſent, Bar. d.auten.apud.Alex. conſ. 46. uol. 6.

7 Altera igitur die elapſo tamen termino

ad dandum interrogatoria, citabitur reus ad uidendum includi articulos,& interrogatoria si data sint, & uidendum iurare portitorem,& remissiones clausas & sigillatas ipsi portitori consignari, ad primam diem & contumacia accusata, includentur articuli & interrogatoria & litteræ remissionis sigillo iudicis signabuntur,& delato iuramento portitori de fidelitate, eidem consignabuntur, ut illas deputato iudici deferat.

7 Et licet Reus qui in decreto litterarum & aliis suprascriptis citatus est,& contumax fuit, non esset forsan ulterius in loco destinati examinis citandus, cum satis dicatur monitus in decreto remissionum & testiũ nominatione, ut uidetur tenere Bellame. deci. 368. quæ obtinuit, & Sal.d.l.iudices in 1. nota.C. de fid. instru. Maxime ex forma statutorũ, quibus, ut dixi, cauetur, ut testes ante decretum remissionum nominentur, nec alii quam nominati examinari possunt, quod iuri consonum est glo.c. præsentium uerb. nominis de test. in.6. nihilominus citari consueuit aduersarius (& est optima cautela) in ipsarum remissionum decreto, ut prædixi ad constituendum procuratorem in loco remissionum,quem si non constituerit, citari debet reus per affixionem citationis, ut prædixi, & ut per Iudicem decernetur.

Iudex

8 Iudex igitur cui rescribitur, receptis litteris & illis perlectis, citari faciet procuratorem rei, si constitutus fuerit, sin minus ipsum reum per affixionem, ut sibi significabitur, ad dicendum contra literas remissionis iurare testes super recognitione signorum & sigillorum quatenus opus sit, & illas aperiri, & deputari Notarium pro examine & nuntium pro citationib. ad primã diem, quibus peractis, altera die citabitur reus ut supra, ad uidendum iurare testes in articulis nominatos, & committi notario examen in forma, quo iuramento recepto & examine perfecto, citabitur iterum reus modo prædicto, ad uidendum claudi litteras remissionum, & concordandum de portitore, alias uidendũ eligi per iudicẽ, & uidendum illum iurare, & eo nõ cõcordante Iudex deputabit portitorẽ, qui referet litteras remissionum clausas & sigillatas iudici causæ, in quibus erunt inclusa insimul cum dictis testium omnia acta in loco examinis facta.

9 Et quamuis supra dixerim ex stilo quo testes habentur pro iuratis, non esse necesse post editum illorum nomen, partem ad uidẽdum illorum iuramenta citari, quia sufficit quod iurẽt tẽpore examinis, tamẽ quia præsumptio quod testes comparuerint & iurauerint, hoc casu concurrere non potest, cum

aſſeratur teſtes in loco iudicii non eſſe, cenſeo omnino in loco examinis partem ad uidendum iurare teſtes citandam eſſe, quoniã ad hunc actũ in decreto remiſsionis citata non fuit, & ſine tali citatione actus corrueret, ut dixi ſupra de examine teſtium uer. ad uidendum.

10 Formula epiſtolæ remiſsionis quoniam ut dixi dirigitur iudicibus qui ſunt extra diſtrictum Vrbis, non ſit præceptiua ſicut forma tradita in. c. præſentium de teſtibus in 6. ſed rogabit Iudex Iudicem cui reſcribet, mutatis mutandis iuxta formam dicti cap. præſentium, de quo etiam per Spec. de teſte. §. qualiter n. 16. Rogando ut præſertim animaduertat ut teſtium dicta explicite & non ſub compendio uerborum, nec relatiue deſcribi faciat, ex ſtatuto lib. 1. c. 66. & lib. iii. c. 177. & ſi pars interrogatoria non dederit, pariter animaduertat ut ſingulos teſtes ſuper ſingulis capitulis, de cauſa ſcientiæ loco tẽpore & conteſtibus interrogari faciat, ex ſtatuto li. 5. c. 6. & tandem in ſubſcriptione his uerbis utetur, ad ſimilia & maiora paratus quintus Tubero iudex & ſecũdus Collateralis,. Forma autem epiſtolæ iudicis reſcribentis traditur per Spec. loco proxi. rela. n. 23. ubi latius de hoc, de qua re nuper compendioſe & eleganter tractauit excellentis ingenii

genii

genii uir D. Hercules Seuerolus Fauentinus Iurisconsultus.

De numero testium Cap. VII.

1 NUmerum testiũ refrenari debere per Iudicem etiã leges sacratissimæ præcipiunt. l. 1. §. quanquam. ff. de testi. glo. §. si uero uerb. quartam, auten. de testi. a lege tamen præfinitus numerus (quod uiderim) non reperitur, ideoq. Bar. tres tantum super quolibet articulo recipi debere arbitratus est, Bar. l. quoties per illum tex. C. de naufra. lib. xi. Ale. d. l. 1. §. quanquam, ab aliquibus uero aliis Iuris peritis, iudicis arbitrio relinquitur Oldr. conf. 145. in prin. Abb. c. cum causam ubi tex. præfinit numerum

 quadragin-

quadraginta in tota causa, extra de testib.
3 statuentes autem ne hoc in incerto relinquerent, septem super quolibet articulo & non ultra; examinari posse uoluerunt, lib. 1.cap. 62.
4 Prudens igitur patronus qui hoc animaduertet, diligenter se informabit a cliente, quid ex articulatis quisq; testis probe norit: nam uix est ut testes omnes omnia articulata sciant, Titius enim qui sciet Sempronium Gai esse filium, ignorabit forte Meuiũ Gaio mutuasse, quod Tubero sciet: rursus Tubero ignorabit forte, me heredẽ Meuii, quod sciet Marcellus. sic igitur diligens patronus breui schedula admonebit Notarium, Titiũ super primo articulo examinari debere, Tuberonem super secundo, Marcellum super tertio; & sic de singulis, ut docet glo. c. præsentium uerb. nomina de testi. in 6. 1
5 Duos autem testes ad minus super quolibet articulo examinari procuret, quia regulariter, dicto unius iuuari non poterit. l. iuris iurandi ubi omnes. C. de testi. l. ubi numerus. ff. eo tit. c. licet cum concordan. extra eo. tit.
6 Quod quidem in plerisq; casibus uerum non est, de quibus per Ant. de But. & doct. c. ueniens de testi. Alex. cons. 180. n. 3. uol. 2. Mattesi. not. 2. nota. quod in iudiciis Feli. c.
in

cum oportet co. pe. de accu. Ias. l. admonẽdi in repeti. n. 273. de iur. iuran. Hippo. sing. 47. in ore & 114. uulgatum & 433. trita Soci. conf. 262. n. 12. uol. 2. & per Aimo. de antiqui. tempo. par. 1. n. 296. in quibus quidem locis de plerisq. casibus tractatur, in quibus unius testimonium plene probat.

De iurium siue instrumentorum productione Cap. VIII.

1 DVm hæc fiunt, poterunt ab actoris ſiue etiam rei parte iura, ſi qua ſint ad cauſam facientia, produci; & ſi qua fuerint ante litem cõteſtatam producta, repeti debent, parte tamen utroq. caſu citata, cuius citationis formula hæc eſt, citetur Sempronius ex aduerſo principalis ad uidendum productionem ſiue repetitionem certorum iurium & actorum dicendum contra, uidendum illa admitti, iurare teſtes ſuper illorum recognitiõe quatenus opus ſit ad primã diem, & accuſata partis aduerſæ cõtumacia, ſi iura ſint producta illa repetat, in parte & partibus pro ſe & principali ſuo & contra partẽ aduersã faciẽtibus & nõ aliter nec alio modo & teſtes ſuper illorũ recognitiõe inducat, quos tunc uel poſtea ad libitum, (durante tameu

te tamen termino probatorio,) super reco gnitione examinari faciat; sin autem produ cta non sint, cautela est, ut si producens in il lis nominatus non sit, per aliu, quē a Iudice cōpelli faciat, produci curet, & ipse produ centis patronus, illa in parte & partibus, ut modo dixi, repetat, & testes super recogni tione ut dictum est inducat. iudex autem cō sueuit si id ab eo petatur, iura si & in quantū admittere; & si ut dixi ea admissio necessa ria non sit ex statuto lib. 5. cap. 49.

3 Citatio ad uidendum productionē iu- rium omnino necessaria uidetur, per regu- lam. l. de unoquoq. ff. de re iudi. per Bal. l. si- quando & ibi per Sali. col. fi. n. x. C. de testi. per Feli. c. 2. n. 31. eo tit. de testi. per Rot. de ci. x. alias de fid. instru. 1. fuit dubitatum in no. quæ loquitur de citatione ad dicendum contra producta. 1

4 Repetitio productorum ante litem conte statam, parte citata hoc in loco necessaria est, nam productio ante litis contestationē facta, reo præiudiciun non afferret, quia re gulariter probationes ante litis cōtestatio- nem fieri non possunt, c. 1. & per totū extra ut lite nō cont. & colligitur ex dictis Bal. Sal. & Fel. in locis proxi. relatis clarius per Fed. de Sen. consi. 160. Dominus Minus de Tolo- mæis, per Hipp. late sing. 170. animaduertat.

Quod

5 Quod per alium producantur iura, qui etiam ad id cōpellatur, ex communi omniũ in foro uersantium sententia optimum uidetur cōsilium,& releuans cautela; nam si quid in productis continetur quod faceret cōtra producentem, id non posset per ipsum producentem impugnari, quia confiteri uidetur omnia in productis contenta, uera esse, etiã si protestatus fuisset se in parte & partibus pro se facientibus producere. Ias. post Inno. Bar. Bal. & alios in locis ubi per eum l. certi conditio. § si nummos. n. 39. ff. si cer. pet. Imo. c. g. perpetuus col. ii. uer. & nota extra de fid. instr. & hæc est magis comm. opi. secundum Feli. c. imputari ad fi. de fid. instr. respectu. unius & eiusdem capituli, ut latius prosequitur ipse Feli. c. cum uenerabilis n. 33. uer. limita. ii. de exceptio. licet ipse uideatur constituere regu. affirmatiuam, cum quinq. limita. & Fel. sequitur Ripa. in Repeti. c. cum M. Ferrariensis n. 79. extra de cōst.

6 Ego uero ex prædicta Feli. & aliorum distinc. quæ fit inter connexa & diuersa capitula, dicebam alias, nullam inter productionem factam ab ipsomet collitigãte, & repetitione productorum ab alio, etiam per compulsum facta, rationabilem differentiã colligi posse. nam si capitulum, quod pro me repetam, facta per alium productione, erit

connexum

connexum cum capitulo faciente pro aduersario, etiam si protester me in parte & partibus pro me facientibus repetere, protestatione non iuuabor, quia cõnexa ex suprascripta communi sententia non separantur; Si uero erit capitulum quod pro me repetam separatum a capitulo faciente pro aduersario, & tunc aduersarius quia iura sunt per illum tertium compulsum in iudicio simpliciter producta, & per consequens effecta communia. l. 1. §. edenda. ff. de eden. Feli. d. c. cum uenerabilis n. 23. uersi. limita ii. quem sequitur Ripus ubi supra, poterit ipse quoq. capitula pro se facientia repetere, cum simili protestatione, quia communia sunt: Secus tamen esset, si ego ab initio produxissem illa iura nominatim quo ad certa capitula pro me facientia, quia tunc aduersarius non posset se iuuare ex aliis capitulis in dictis iuribus existentibus per me nõ specificatis, nec etiam talium separatorum copiam petere ut dicit Feli. d. c. cum uenerabilis n. 23. uer. secundus casus, post Imo. d. c. g. perpetuus n. 5. uer. & nota. Ex quorum dictis (si uera sunt,) manifeste apparet cautelam producendi per compulsum potius esse aptam nocere quam prodesse, cogitabis.

7 Prodesse tamen posset aliquando ad demonstrandum eum qui productis se iuuare

uult,

uult, non fuiſſe in mora producendi, aut probabiliter contenta in illis ignoraſſe, ut quia iura penes ipſum non eſſent, quod rurſus nõ procederet ſi ipſe producens uel eſſet in illis nominatus, uel penes ipſum ueriſimiliter eſſe debuiſſent, de qua re alibi.

8 Reus quoque contra quem iura producuntur, non poterit in connexis, pro parte acceptare & pro parte impugnare, iuxta doctr. Bar. l. Aurelius. §. idem quæſiuit, quam ipſe teſtatur communẽ. ff. de libe. lega. Ias. §. item ſi poſtulante n. 21. iuſti. de actio.

9 Sciendum tamen eſt quod non obſtante tali proteſtatione & productione ſeu reproductione particulari, Iudex poterit partibus contra producẽtẽ ſeu repetentem facientibus inhærere, quia de ueritate ei ut iudici conſtat ut dicit. Bal. l. i. col. 2. uer. ex hoc pono. C. ut quæ deſunt aduoca. par. iudex ſuppl. & ibi Caſtren. dicens ſingulare. col. 2. n. 5. quẽ etiam Bald. refert & ſequi uidetur. Rip. d. c. cum M. Ferrarienſis. nu. 79

10 Cauſæ illius patronus contra quẽ iura producuntur, in termino comparere non ceſſabit, iuribuſq. diligenter quantũ fieri poterit inſpectis ſi aliqua ſint in eis capitula quibus ſui clientis intẽtionẽ iuuari poſſe ſperet, nõ omnino neque ſimpliciter illa impugnabit, quia ſe in illis de cetero de facili fundare nõ poſſet,

posset, ad Bar.l.post legatum in.p.col.2.uer. quandoque impugnat.ff. de his quib.ut indi. & ad regulam.c.ex eo.de reg.iur.in.6. utetur igitur cautela de mente.Rip.d.c.cum M.Ferrarien.nu.79.ad fi.ut ipse quoque in parte & partibus facientibus pro principali suo, & non alias producta ex aduerso repetat, & acceptet, in partibus uero facientibus cõtra eundem principalem suum excipiat,& dicat generalia contra pro tunc saluis aliis suis loco & tempore deducendis & alligandis, & insuper iurium productorum copiam petet, ut illis mature uisis & cousideratis, amplius deliberare & opponere pôssit.

11 Hæc autem copia cum termino ad opponẽdum omnino per Iudicem decerni debet. nam ante dictum terminum instrumentum non probat ut dicit.Sal.l.fi.in.1.col.ubi limitat.C.de fid.instr. refert & sequitur Ias.l ait prætor.§.si iudex nu.21.ff.de re iud.

12 Et si uideat rei patronus ex iurium recognitione fienda suo clienti præiudicium generari posse, ut si uis fieret in recognitione, protestabitur testes super recognitione sine eius interrogatoriis recipi non debere, quæ sequenti die exhibere curabit.

13 Excipere contra producta ex aduerso, ut proxime dixi necessarium admodum est, nã si citatus in termino nihil opponeret, non posset

posset illa ulterius saltem ex defectu solemnitatis impugnare, Bellame. Dec.540. si pars non opponit Bald.d.l.i.col.2.uer.2. conclusio.C.ut quæ desunt aduoca. par. Siquidem silentium rem dubiam non reddit, ut dicit Bal.c.fi. circa med. extra de probatio. clare per Deci. auten.siquis in aliquo n. 27.C. de eden. & ibi Soci. & Cur. Iun. & quando simplex copia produceretur, & non opponeretur quod probet, Aymo Grauett.de antiqui. temp. 1.parte. n. 261.uers. uisum est

Hæc tamen generalis exceptio, si pars contra quā obicitur protestaretur specifice excipiendum esse, generaliter excipientem, non iuuaret, quia generalis exceptio, sicut & libellus generalis, parte opponente non admittitur Bar.l.i.co.ii.uer. quæro uideo ff.de exce.&.l.1.§.labeo.ff.de flum. Bar.l. Titiæ textores.ff.de leg.1.Ang.cons.25 n.5.Ale. cōs. 181.in p.uo.6. Cur. Iun. cons. 149 col. ii. & cons.146.n. 6. Fel. late c. pastoralis nu.3.de excep. Si tamen is contra quē generalis exceptio opponitur taceret, tunc generalis exceptio noceret, sicut & specialis, quia generalis etiam libellus contra non excipientem admittitur, ita declarat Feli. d.c. pastoralis n. 14.Corne. cons.55.n.27.uol.iii.Rui.cons 119.n.15.uol.5.Paris.qui late cumulat cons. 67.n.2.uol.4.

Sed

15 Sed quamuis hæc iure communi uera sint uereor ne non sibi locum uendicent in foro de quo loquimur, nam statutum lib. 5. c. 49. disputationes omniũ exceptionum, nisi quorundam casuum, ad merita reseruat, si igitur generalis exceptio non comprehenderet aliquã de exceptionibus in dicto statuto reseruatis, aut illis similem nõ putarẽ quod excipiens generaliter, in spetie exceptionẽ deducere teneretur, quia per statutum prædictum exceptionum discussio in fine causæ ut prædixi reseruatur, quo etiam fieri arbitror ut etiam is qui nihil opposuerit, contra producta, in disputatione meritorum causæ ex beneficio illius statuti, si releuanter excipiat, audiendus sit.

16 Qui tamen producit, parce admodum & consulte producere debet, facilis namque productio est, sed productionem reuocare, hoc opus hic labor est. Multoties siquidem euenit, & ego sæpius uidi, quod producens causam suam uulnerauit, & suo iugulo periit, non solum quia producta suæ intentioni repugnauerint, sed etiam quia ansam aduersario ulterius perquirendi & rimã quandoq. euadendi, præbuit, nam allegando errorem in producendo non auditur, Specu. de instru. editio. §. uidendum uer. quid si aliquis, Imo. d. c. g. perpetuus nu. 7. de fid. instru. post

Anto. c.

Anto.c. imputari eo tit.is qui producit ueritatem esse contra producta probaret, ut dicit D. Antonius.c. cum uenerabilis n.35,& ibi Fel.n.24.de exce.qui dat limitatio. & idé Feli.d.c.imputari nu.9.& x. de quibus etiam per Aymo.de antiqui.tempo.par.1.nu.119. in quibus locis alias quoq.& declarationes & limitationes reperire facile poteris.

17 Igitur a productione incipere non debet patronus, nisi res admodum & patens & aperta sit, sed aduocatos etiam si ipse Iuris peritus sit, iterum atq. iterum cõsulere, & exspectare et primæ & secũdæ dilationis lapsum, cum & in tertia ius producendi saluum sit, ac etiam post tertiæ dilationis lapsum (ut paulopost dicam) productioni remedium possit adhiberi. nam quod attinet ad scripturas inuicem pugnãtes, & quarum principium medio aut fini contradicit, quantum erret qui producit, satis declaratur per l.scripturæ.C.de fid.instru.d.c.imputari extra eo.&.l.ubi repugnantia & ibi deci.& Cagno.ff.de reg. iur.

18 Quinimmo non solemnia instrumẽta producens aut repetens, adeo contenta in illis fateri uidetur quod ex illis aduersarius qui ea non impugnauit, iuuare se contra producentem potest, Rota dicta deci.x.alias de fid. instru.1.in no in 1. Addi.Aymo,d.tracta. de

antiqui.temp.par.1.nu.118.ubi limita.apud quem etiam reperies quid de producente priuatam ſcripturam.d.par.1.nu.121.

19 Recognoſci iura debēt uel per teſtes uel per litterarum comparationem tam ſi ſint publica,quam ſi ſint priuata. de publicis eſt tex.in.§.ſi uero moriantur auten. de fid.inſtru. per quem tex. hoc uidetur tenere Cyn. l.comparationes col.fi.uer.ſexto iuxta hoc quæro.C.de fid. inſtr.& ibi Bal. clare nu.14. uer. quærit Cyn. ubi & Saly.n.13.uer. iuxta hoc & uer.quærit gl.ſenſit Feli.c.1.n.18.uer. ad de quod ſi opponeretur extra eo tit. Paris conſ.112.n.17.uol.1.niſi ſint multum antiqua,quoniam tunc recognitio non requiritur, ut dicunt Bal. & Sali.ubi ſupra & Milis in repet. in uerb. inſtrumentum habens. Afflic. deci.251.determinatum fuit.

Quæ autem dicantur antiqua ad hoc ut recognitione non indigeant, traditur in multis locis. tu uideas Ni. de Milis in ſuo repert. to in uerb. inſtrumētū habens publicam,et Afflic.deci.245.& 251.& deci.conſ.321.nu. xi.Ias.in repeti.l.admonendi n.246. de iure iur. latiſsi. per Aymo. Grauett.de antiqui. temp. par.1. in prin.& Rurſus par.iii.n.20.in quibus locis reperies communem ſententiam eſſe quod requiratur tempus annorum centum, etiam ſi agatur de præſumenda ſolemnitate

lemnitate Notariatus, ibi uidebis.

20 De priuatæ autem scripturæ recognitione loquitur auten. at si contractus,& ibi Docto.C.de fid.instru.late per Ias.d.l.admonendi in repetitio.n.88.ff.de iure iur. per statu. lib.1.c.76.& lib.5.c.25.de quo infra tit. de executiõe apocarũ latius me dictururũ spero.

21 Et quod dictum est de recognitione manus siue litteræ scribentis uel subscribentis, dicendum quoq. est de recognitone sigilli, si forte litteræ legalitatis alicuius Notarii exhiberentur, aut aliq. aliæ sigillatæ scrrpturæ producerentur, ut dicit Feli.c. quod super his, nu.7.uer.in glo.in uerb.ignota. hoc eo. tit. de fid.instru.Ro.deci.6.alias de testi.2.in no.ubi & illud quod super recognitione istorum signorum & sigillorum etiam post conclusionem in causa testes recipiũtur, de quo per Afflic.dec.271. in quodam processu & sequẽti. qua in re animaduertendũ est, quod litteræ legalitatis non solum probare debẽt enunciatum fuisse tempore celebrati instrumenti Notarium, sed etiã eundem esse qui rogatus est de illo instrumento, in quo sigillum appositum est, ita Saly.d.l.comparationes col.5.n.17.uer.ideo ad pleniorem.C.de fid.instru.

22 Hæc de recognitione per testes fienda; ceterum si recognitio per litterarum comparationem

ratione fienda sit, quæ difficilis est, quid eo casu faciundum sit & cum qua comparatio fieri oporteat & unde scriptura cui compararetur sumenda sit & quas qualitates habere debeat, tam si sit publica, quam priuata, ui sendi Docto.l. comparationes & auten: sequen.C de fid.instru. & an posit alteri hæc fienda comparatio committi, per Alex. ad Bar. ibi, & ubi requitur a lege uel statuto quod probetur per testes esse quid scriptū uel subscriptum manu alicuius, an tunc recognitio per comparationem fieri posit, per Alex. conf. 123. col. 2. uol. 1. qui tenet nō sufficere, & an quis posit ad scribendum cōgi ut comparatio fiat ultra doct.d.l. comparationes per Deci.c.scripta nu.25.extra de fid.instru.

23 Sed quoniam ut ad rem nostram redeam, aliquando iura & instrumenta extra Vrbem in locis etiam extra districtum Vrbis, desiderantur, tunc pro illis habendis (si publicari per eum qui de illis rogatus fuerit non posint) pene eadem forma seruanda est, quam in remissionibus pro testibus examinandis, obseruandam esse supra suo titulo dixi. Depositum siquidem fieri debet, & prorogatio termini ex illo met statuto, lib. 1. c. 53. uer. & ut fraudibus, Facto igitur deposito aut alias habito a iudice decreto, dilationē ca-

lumniose

lumniose petitam non esse, si pro certis designatis iuribus & in spetie, compulsorie desiderantur, forma Citationis hæc erit; Citetur Marcus Aurelius ex aduerso principalis ad uidendum decerni compulsorias pro extrahendo instrumentum testamenti quondam Lutii Pisonis, de quo rogatus fuit quondam Barbarius Philippus, Neapoli, nec non ad concordandum de iudice & loco, & constituendum procuratorem qui extractioni & recognitioni dicti instrumenti intersit, alias uidendum decerni processum per affixioné ad ualuas Ecclesiæ Cathedralis dictæ Ciuitatis Neap. uel alterius loci per dominum Iudicem deputandi. Quibus peractis Iudici deputato rescribitur, ut compellat habentes designata iura, ad illa exhibendum & illorum recognitionem annotet, & exemplatum transmitat, & hæ litteræ aperte destinantur, cum sigillo iudicis in calce seu appendicibus earundem, quæ in partibus exequuntur, iusta formam supra traditam de remisionibus. Hæc autem forma sumitur ex l. Iudices ad fi. ubi omnes. C. de fid. instru.

24 Generalis autem compulsoria, quia iudicium non suspendit, depositum non requirit, & in quacumq parte iudicii dummodo conclusum non sit, uel in terminis statuti nostri; tertia dilatio lapsa non sit, concedi potest, ar-

test argumen. notato. per Rot. deci. 47. alias de probatio. 42. nota quod compulsoria in Anti. citatio tamen partis requiritur ut dicitur dicta deci. 47. & Rursus deci. 389. nota instrumenta extracta alias de fid. instru. 4. in Anti.

De exceptionibus Cap. IX.

Exceptiones qui formare nescit, a iuris peritis discat n. 1.
Exceptiones si probatione indigeant, poterunt fieri articulatæ, in quibus tamen cauere debet producens, ne aduersarii intentionem confiteatur n. 2.
Replicationes duplicationes et aliæ, eadem forma qua exceptiones fabricantur n. 3.
Citationis forma, in productione exceptionum etiam articulatarum n. 4.
Excipiens, non debet obtinere, qnod aduersarius de crudelitate super exceptione respondeat, nisi eam det dispositiue n. 5.
Actor tenetur respondere positionibus rei, alias non audietur, donec in contumacia persistat n. 6.

1 NOn minus interim dum articuli, testes, & iura ab actore producuntur, rei patronus studere debet suas exceptiones

nes producere seu peremptorias & ad merita siue etiam dilatorias, si forte in litis con testatione ut dixi fuerint reseruatæ, quas qui nescit ex se percipere, ab aduocatis, col latis scripturis, ex actoris intẽtione & rei de fensione percipere poterit, nam de illis hic plene tractare non expedit

2 Quarum exceptionum, si aliq. probatione nidigeãt, poterũt articulatæ fieri, in quibus diligenter animaduertat rei patronus, ut non confiteatur aliquid, quod actoris in tentionem fundet, sed semper sub conditione & euentualiter excipiat, nam si aduersarii intentio est in mutuo, tunc dicet excipiẽ do & nihil de intentione partis aduersæ cõfi tendo, in euentum in quem constet aliquam pecuniam mutuatam fuisse, & nõ alias tunc & eo casu ponit & dicit, & quatenus opus sit probare intẽdit, fuisse aduersario a suo prin cipali satisfactum, uel mutuum fuisse sub fe nore factum, aut adolescenti perdituro, aut quid tale: simpliciter enim excipere utile cõ silium non uidetur, glo. l. executionem. C. de probatio. de qua materia & ueritate prædictorum per Canoni. c. cum uenerabilis de exceptio. &. c. exceptionem obiiciens de reg. iur. in. 6. & per Docto. l. non utique de exce ptio. & d. l. exceptionẽ. C. de probatio. Vber. de bonoaccurso antiquissi. doctor. in sua

 praxi, sit

praxi, tit. de exceptio. peremptoriis, & ibi per d. Antoniũ de Tremolis in additio. apud quos & maxime Vbertum cõpendiosum pro perantibus patronis & aptissimum de exceptio. tum dilatoriis cum peremptoriis tractatum, ac etiam earum, quæ post sentẽtiam diffinitiuam opponi possunt, reperies.

3 Hæc eadem forma seruabitur in Replicationibus Duplicationibus Triplicationibus & aliis succesiuis, quæ in infinitum multiplicantur, l. ii. § illud. ff de exceptio.

4 Hoc igitur casu pars aduersa citabitur ad uidendum productionem exceptionum articulatarum (si articulatæ fuerint) dicendum contra, quatenus articuli, replicandum quatenus exceptiones, uidendum illas & illos admitti, iurare Testes, & committi iuramẽti receptionem & examen super illis & tota causa ad pri. di. & dãdum interrogatoria per totam illam & sequentem dies, & accusata contumacia instabitur pro decreto, & quatenus super illis testes examinandi ueniant seruabuntur ea omnia, quæ supra seruanda esse dixi de admissione articulorum, & testium examine in principio.

5 Sed & si rei patronus circa exceptiones prædictas responsum credulitatis ab actore habere uelit, intentionem sua dispositiue & in modũ positionis deducere debet alioqui

aduersarius respondere non cogetur, ut dixi supra de positionibus & articulis uer. animaduertendum.

Producet igitur reus, qui ab actore respõsum desiderat, quandocumq. infra tamen terminum probatorium, ut dixi supra de positionibus uer. hæc omnia. suas exceptiones dispositiue cõpositas, protestabiturq. aduer-
6 sario copiam non dari, nisi facta responsione, ut supra de positionibus actoris dixi. & si sibi expediet aduersarium non audiri, nec illius probationes recipi, responsione non facta, hoc protestabitur, & impetrabit ex statuto lib. 1. c. 63. uel si ipse responsum habere cupit, cogat actorem ad respondendum uel ipsum haberi pro confesso eadẽ forma, qua uti oportere dixi actorem contra reum.

De dilationibus Cap. X.

Citationis forma, ad uidendum præfigi dilationes statutarias n. 1

Dilationes statutariæ sunt arbitrariæ, licet de stilo certus dierum numerus dari soleat n. 2

Dilatio secunda & tertia, breuiores esse debent prima n. 3

Dilatio tertia, est ad probatum habendum, per omne genus probationis n. 4

Instrumenta, quæ sunt probationes probatæ, post

Qui probare uolunt, siue is actor sit, qui suas probationes fecit, uel in promptu habet, siue sit reus, qui uidens actorem promptas probationes non habere, seu nihil probare posse, & eundem
1 a termino probatorio excludere uult, citata parte ad uidendum præfigi primam dilationem statutariam, compareat coram Iudice, & partis citatæ contumacia accusata, petat primam dilationem præfigi, ex statuto lib. 5. c. 1. & quamuis statutum quantitatem dila-
2 tionis arbitrio Iudicis iuxta qualitatem cau

sæ

ſæ relinquat, tamen ex præſcripto quodammodo curiæ ſtilo quinq; dierum utilium præfigi ſolent, non tamen ſublatū eſt quin longior aut etiam breuior præfigi poſsit, ſi id iudici ex cauſæ qualitate uidebitur.

Et idē ſeruabitur in ſecunda & tertia dilatione: pro qua quidem ſecūda quatuor dies utiles, & pro tertia tres ſimiles, præfigi conſueuerunt, longiores tamen & breuiores eſſe poterunt, ut ſupra proxime dixi, dummo-
3 do hæc ſecūda uel tertia prima longior non ſit. arg.l.ii. & aut.ei qui. C.de tempo. & rep. appella.

4 Tertia tamen dilatio ex prædicti ſtatuti forma non ſolum ad probandum præfigitur, ſed etiam ad probatum habendū, per omne genus probationis: quo fit, ut poſt illius la-
5 pſum nec inſtrumenta (quamuis ſint probationes probatæ, ut dicit Bal.c. cum dilectus circa med. extra de fide inſtru. Deci. cons. 423.n.x.& alias quandocumq. uſq. ad cauſæ concluſionem produci poſsint, d.c. Cum dilectus cum nota. extra de fide inſtru.) admitti in caſu noſtro, nec recipi debeant, Bal.d. c. cum dilectus circa med. quem ibi ſequitur Feli.n.34.extra de fid.inſtru.

6 Quibus adſtipulatur, quod quamuis teſtes inducti in termino ſic ut præmittitur ad probandum & probatum habēdum præfixo,

iuraue-

iurauerint; si tamen, cum effectu non deposuerint, ulterius examinari non poterunt Sal. l. si quando n. 8 uer. & pondera, C. de testi. & late Feli. c. licet causam nu. 22. uer. tertius casus de probatio. post Bal. Spe. Io. Andre. Imo. Abb. Domi. et alios de quibus per eum. & dicam infra uer. iam dixi.

Et quando post lapsum termini liceat probare late per Fel. qui dat regulas cum multis fallentiis d. c. cum causam usq. ad nu. 24. sed diligens patronus ut disputationes euadat breui curriculo ad signaturam, ut sæpius dixi pro termini ad probandum præfixione, aliquo quæsito colore recurret.

7 Accidit quandoq. facta litis contestatione, ac debitis probationibus, quod actor properans, dilationibus non præfixis, nec ab aliqua parte petitis pro se pronunciare obtinuit. quare dubitatum de uiribus sententiæ fuit, asserentibus aliquibus propter omissas dilationes processum & sententiam sustineri non posse, cum maxime statutum prædictum lib. 5. cap. 1. postquam dandas esse dilationes præcipit, clausulam subiecit irritantem: quo fit, ut formam dedisse uideatur, Bal. l. 1. in princ. & ibi Ang. ff. de lib. & postu. qua non seruata actus corruit, ut ibi per eos. Contrarium tamen obtinui per text. l. 4. §. hoc autem iudicium ubi Bar. magistraliter

ter declarat nu. 2.ff.de dan. infec. cuius do-ctri. sequitur ibi Imo. & Alex. et hoc uerissimum in casu nostro, in quo uerba dilationis præfigendæ ad Iudicem diriguntur. cum igitur nullus petierit, Iudex non tenebatur suum officium non petentibus impartiri nisi miserabiles personæ fuissent rei conuenti; ut ibi dicunt doct. præfati. hoc idem firmat Castr. in terminis nostris, etiam si statutum irritaret actum, ut facit statutum nostrũ l. uniuersa in fi. C. de præci. impe. offe. late se quitur Hippo. per multa exempla post Alex. & Feli. in sua praxi. crimi. §. nunc uidendum, n. 4. & 5. Callidi igitur eorum procuratores qui actoribus insidias parant, sub uerborum inuolucro illas petere consueuerunt ut si forte actoris patronus non animaduertat, processum irritent. Prudẽtiores autem actores dilationes nunquam omittunt, licet, ut dixi, si non petantur, & omittantur, processus possit substineri.

8 Iam dixi supra, dum de iurium productione loquebar, quod, elapsis dilationibus suprascriptis, instrumẽta produci non possunt, propter illa uerba statuti, ad probandum & probatum habendum per omne genus probationis, & supra proxime uer. quibus dixi quod etiam si Testes infra dilationes iurauerint, si tamẽ nõ deposuerint, amplius recipi

non

non debent, & recepti, utpote extrà terminum, nullam fidem faciũt. Bar.l. si quando n.8.uer.& hoc uerum nisi .C. de Testi. & ibi Barba.in apostol. ubi Bal.declarat, quod propter hoc dubium, requiritur, ut Notarius annotet diem examinis, licet alias sufficiat annotare iuramenti diẽ, ut per omnes d.l.si quando n.8.uer. & hoc uerum nisi.C.de testi.& per Feli.d.c.licet causam n.29.de testi.& propterea admoneo Notarium, ut diẽ examinis annotet, ne parti præiudicium afferat.

9 Sed quid si pendente prima dilatione Iudex secundam præfigat, utrum secundæ nullitas allegari posſit, utpote Data altera pendente, quod non sit nulla, sed ualida, tenuit Grat.cons.78.col.1.& 2. uol.2.& hæc secunda incipiet prima finita.

10 Illud ultimo loco non omittam, quod si actor, uel reus productio nem iurium ad ultimam diem ultimæ dilationis differet, ad hoc ut aduersæ parti uiam reprobandi seu contrarium probandi præcluderet, nihil aget. nam tunc parti, contra quam producitur, noua dilatio ad opponendum, & opposita probandum dari debet, ita oportune prouidet statutum lib.iiii.c.17.per quod statutum disponitur idẽ seruari oportere, quotiescumq. examen testiũ, aut publicatio, aliqua rationabili

nabili causa impedita est. quod statutum maximam continet & iustitiam, & æquitatem.

De testimoniorum publicatione C. XI.

Factis

F Actis probationibus, pars quæ testificata scire uult, uel ad effectum ut cum dictis testium Iudicem informare posit, uel etiam ut eorum testium dicta & personas refellere posit, eorundem depositionum publicationem petet, facta prius matura deliberatione, si quid sibi probandũ remaneat.

1 Nam postquam testificata didicerit, scire debet, sibi uiam præclusam esse ulterius super eisdem aut directo cõtrariis capitulis testes producendi, Auten. at qui semel ubi Bar. & omnes .C.de proba.c. fraternitatis ubi Canoni. extra de testi. in quibus etiam locis declaratur, quæ dicantur eadem capitula, & quæ pugnantia, de quo etiam per Papien. in sua praxi de for. oppo. contra testes uer. suntq. publicatis per totum.

2 Nisi forte, ad scripturæ concomitantiam testes alii producerentur, quo casu & sequẽtibus non obstante publicatione admitti deberent. Roma. sing. 80. tu habes Afflic. dec. 216. in fi. Vel nisi pars ad probandũ non fuisset admissa Afflic. decis. 266. fuit in quadam, Aut nisi de medicorum aut peritorum testimonio quereretur, Hippo. sing. 66. publicatis, Vel nisi producerentur testes legalissimi, & omni exceptione maiores, ut dicit hippo. l. 1 §. fi. n. xi. ff. de quæ. Vel nisi testes essent de nouo

de nouo repeti, ut idem ibidem n.17. Vel nisi super cicatrice remāsura, ut ibidem, n.46. Vel nisi non ad nouam probationem, seu ad declarationem iam probatorum, ut idem ibi, n.47. Vel nisi illi testes quorum dicta publicata sunt, rite recepti nō fuissent ut ibidem, n.51. aut si aliqua iusta causa ad id Iudicis animum moueret, ibidem, n.53. Vel nisi æquitas suaderet, n.57. Aut nisi Iudex nominatos pro absente ex suo officio interrogare uellet, ut idem Hipp. ubi supra, n.9. Vel nisi minor, Ecclesia, aut mulier, per uiam restitutionis in integrū id petant, de quo Afflic. deci.216 quotidie. Aut nisi perempta instantia causæ, in qua publicatio facta fuerat, noua instantia incohata sit. Vel nisi tractetur de probatione per rei euidentiā: Vel nisi testes ex aduerso examinati, producētis intentionem non probauerint, quoniam eo casu altera pars super articulis de directo contrariis, testes producere poterit, publicatione non obstante. Vel nisi unus ex collitigantibus probauerit intentionem suam per duos testes, alius per tres: nam eo casu is, qui probauit per duos, post publicationē poterit & alios super eisdem inducere, ut hos casus nuncupatim prosequitur Afflic. ubi supra, quæ loca & limitationes sufficiat indicasse hæc.n. tironibus dirigūtur. ceterum de

eorundem ueritate, & de aliis, quæ hic non retuli, uidere licet in locis præallegatis

3 Quando autem dicatur facta publicatio ad effectum excludendi quem a productione super eisdem uel contrariis, Ro.deci.971. nota quod si in aliqua causa alias de probatio.30.in anti. dicit, quod sufficiat quod copia sit decreta, licet pars iuret se non habuisse. Bar. autem requirit percunctationẽ, aut copiæ traditionem d. auten. at qui semel. nam secundum Bar. non sufficeret, si quis perfunctione testium dicta legisset, & ita obtinet Curiæ stilus. & sæpe habui commissiones a signatura iustitiæ, ut, non obstante publicatione petita, & quod copia fuerit decreta, ad probandum admitterer, si testificata non didicissem.

4 Hæc publicatio, ut ad eam redeam, a Iudice cõceditur cum termino statutario, qui terminus erat ex ueteri statuto lib. 1.c.53. qninque dierum utilium, ad recipiendum copiam & opponendum, et aliorum dierum quinq. utilium ad probandum, & probatum habendum opposita, & currebat ipso iure etiam quo ad initium sine iudicantis ministerio. Hodie autem alio iure utimur. nam quia illorum terminorũ, cursus est sublatus, & alia forma tradita, lib.5.c.1. & quia tempora opponendi & opposita probandi repe

riuntur

riuntur sine principio, opus est ut publicatio, ut dictum est, petatur: qua concessa; terminus ad recipiendum copiam erit, uel ad primam diem iuridicam, uel duorum aut trium dierum, si magna erit lib.5.c.xi.& 14. in quo termino petens debet comparere, & instare ac de sua diligentia protestari, & etiam, si opus erit, terminum ad recipiendum copiam prorogari facere: quæ si non impleret, terminus ad recipiendum copiam & ad opponendum sibi curreret,

Nam quod quidam arbitrati sunt, quod, si in termino copia non recipiatur, petens exclusus etiam a termino ad opponendum intelligatur, falsum puto, primo, quia statuta prædicta lib.5.c.xi.& xiiii. nullam, non recipienti copiam pœnam imponunt, sed tantum dicunt, quod tempus ad reluendum currat, ita quod non sit opus petentem ad recipiendum ulterius citari, quo casu non debet petens post illum terminum priuari dilatione data ad reprobandum, quia pœnæ locus non est nisi exprimatur etiam in statutis, auten. de non elige. secun. nuben. §. cum igitur, late Ias. l. cum quidam col.4. ff. de lib. & postu. Rota per Cassa. de iure iuran. deci. 2. n. 3. pena autem contumacie non reluentis hæc est ut terminus currat sine restitutione, ultra quam nulla dari debet: quia contumacia

nullam aliam habet pœnam, nisi a lege inductam & declaratã, Corn. cons. 55. n. 24. uol. ii. excluso igitur termino ad cõpiam recipiendam, remanet terminus ad opponendum: quia statutum non prohibet, quin alia die copia dari posſit.

6 Secundo, quia nunnqã contumacia unius actus se extendit ad alium actum glo. c. eum qui ad fi. uerb. non teneris, de dolo & contu. lib. 6. & ibi Philipp. Franc. Cin. post pet. in au ten. qui semel C. quomo. & quan. iud. absur dissimũ. n. esset dicere, quod, qui non recipit copiam libelli, esset a facultate excipiendi contra eundem libellũ exclusus; aut quod qui non accipit in termino copiam articulorum & iurium, interrogatoria formare & contra iura excipere non posſit: & nihilominus tãtã connexitas & dependẽtia est unius actus, quanta alterius ad copiam petitam.

7 consueuere tamen aliqui, facta testimoniorum copia aduersariũ citari facere ad illam reuidendum & uidendum pronunciari tempora currere, ut omnis difficultas tollatur. tamen ut dixi sine citatione arbitror tempora currere.

8 Si Iudex non obstante publicatione petita, in causa diffinitiue pronunciaret, non propterea nullitatis uitio sententia subiaceret. Inno. c. fi. de here. in 6. Imo. l. diuus Adria.

col. 2. ff.

col.2.ff.de re iudi.Iacob.but.& Bar.l. prolatam.C.de senten.Bar.in extrauag.ad reprimen.in uerb.sine figura, Alex.d.l.diuus n.4. Feli.post Abba.& Inno.c.cum.I.&.A.col.2. n.2. extra de re iudi.quicquid uoluerint do
9 mini de Rota per Feli. relati,sed eo casu is, cui publicatio denegata est, ut dicunt præfati Imol.Alex.& Feli. debet appellare a denegatione; & sententia per uiam grauaminis reuocabitur. quia Iudex grauat aperte,tollendo impugnandi facultatem.
10 Animaduertendum tamen est in modo appellandi: nam si Judex, denegata publicatione, pronunciaret, & appellaretur a definitiua, quamuis alias hæc appellatio trahat secum cognitionem omnium interlocutoriarum, etiam earum, quæ in iudicatũ abierunt. c.si.de appella.in 6. hoc tamen casu nihil ageret: quia in specie debet a denegata publicatione appellare, ita Imol.d.l.diuus & Feli. post Abba.d.c.cum.I.&.A. & tenuit Ro.per Cassado.de appella.6.n.2.

Is igitur, qui a denegata publicatione appellabit, formiter in scriptis & expressa causa ut ab interlocutoria, appellare debet, ut clare colligitur ex dictis Feli.& Cassa.ubi supra ideoq; qui intricationes fugiunt, si aduersarius publicationem testium petit, liberaliter concedi faciunt, &, ut aduersario cito

copia fiat, procurant, ut eosdem quanto ci
tius fieri posset, a termino excludant.

De reprobatione testium, & declaratione usus tam testium quam iurium. C. XII.

Forma

1 COpia recepta, si is, contra quem producti sunt, uiderit eos a ueritate declinare, aut ipsos falsum deposuisse suspicetur, cupiatq. producentem illaqueare, aut eidem scrupulum iniicere, principalem aduersarium citari faciat ad declarandum, si intendit uti testibus, pro eius parte examinatis, pro ueris & legalibus, cum sint ipsi instanti citra iuriam loquendo de falso suspecti, & intendat eos de falso reprobare; & contumacia accusata, si petens hoc, reus sit, qui causæ expeditionem non curet, protestetur quod sibi terminus ad refellendum non currat, nisi declaratione facta, & super hoc petat per Iudicem interloqui, quod Iudex facere debebit. sin autem is, qui testes reprobare uult, actor, sit & qui expeditionem procuret adiiciat in citatione alias ad uidendum pronunciari nullam de illis rationem habendam esse. & ita Iudex pronuncia-

re debebit, cùm termino tamen, ut puta ni si ad primam. uel secundam, aut quid tale.
2 Hæc ideò fiunt; quia si testes falsum depo suisse conuincerentur, pars illos producens; nisi probaretur subornasse, aut corrupisse, uel falsos articulos dedisse, de falso puniri non posset, & semper falso detecto posset
3 ab usu eorundem abstinere. ea igitur de cau sa, ea declaratio petitur, ut saltē producens, si non ex fabricatione, ex usu de falso puniri posset l. si falsos. C. de falsis.
Cautela prædicta sumitur ex Bar. l. diuus ii. ff. de fal. quem ibi sequitur Alex. in apostil. reprobata opi. Spe. sequitur & Bal. l. fi. C. si ex falsis instrumentis Ang. de malefi. in uerb. falsario n. 42. & post eum ibi Hier. de Gigan. Veronē. Caute. 53. communiter per Fel. c. præsentium, n. 12. extra de test. Affflic. dec. 189. facta publicatione, quorū ex dictis eliciuntur conclusiones, prima quod non
4 admittetur responsio conditionalis; uolo uti quatenus uerum dixerint, si pars opponat, sed simpliciter ad interrogationem respondere debet.
5 Secunda, quod non admittetur procura tor ad declarandum uelle uti; quia cùm mā dato quantumuis generali, etiam cum libe ra, procurator dominum in delictum inducere non potest. l. si procurator uer. celsus, ubi

ubi Bar. ff de condi. indeb. cum concor. licet si haberet mandatum cum libera, posset declarare nolle uti.

6 Tertia, quod, qui renunciare uult, ne in suspitionem se & suos testes inducat, non debet dicere simpliciter, nolle uti testibus, sed dicere, quod ex quo non putat eos testes sibi ad uictoriam necessarios, ideo illorum usui cedit.

7 Quarta, quod non specifice respondendenti, terminus ad deliberandum præfigi debet.

8 Quinta, quod qui testes induxit super articulis falsum continentibus, etiam si uelit ab usu desistere non audietur, quoniam falsum fabricasse creditur. sed hoc uerum, si principalis articulos dedit: secus, si procurator, qui principalem falsi pœnæ alligare non potuit per supradicta, per quæ alias seruaui nobilem mulierem a pœna falsi. 11

9 Hac de causa, cauti patroni, ut dixi, materias articulorum iuramento principalis specificari procurant, & cautiores, in fabricatione articulorum, quorum ueritatem nõ habent, apertã, in fine cuiusq. articuli adiiciunt hanc clausulam. & alias prout testes de præmissis informati pro ueritate deponent.

10 Hæc omnia etiam procedunt in iuribus, productis

productis, ut si ea a producente non fuerint fabricata, de falso puniri non possit, nisi ex usu & ideo cauti patroni declarationem, quam supra dixi, a producentibus fieri petent; & reliqua in omnibus, & per omnia, sicut de teste proxime dixi, seruantur, ut docent docto. locis præalleg.

Sed si actor, aut is, ad cuius instantiam testes sunt recepti, illis uti uelle declaret, tunc reus suas formabit exceptiones contra personas, & dicta, quas etiam, si quid probandum erit, articulatas cum testium inductione dare poterit, parte citata, ut supra de exceptionibus dixi.

11 Qua in re animaduertendum est, quod contra personas testium omnes competentes exceptiones; (dũmodo id modeste fieri oportere meminerimus,) dari poterunt, de quibus per Spe. de teste. §. opponitur, cum locis ibi notatis per totum, sed contra testium dicta, nihil directo contrarium poni potest. c. ueniens ii. extra de testi. c. fraternitatis extra eo. nisi is, qui contrarium eius, quod testis deposuit, probare uelit, ipsum testẽ, pecunia corruptũ, falsum deposuisse diceret. nã si de corruptione non poneret, ad probandũ nõ admitteretur, Bar. auten. at qui semel. C. de proba. n. 25. & seq. & ibi Bal. uer. sequitur Castr. l. no. & Alex. d. l. diuus. ff. de

de fals. Abb. & Parisi.c. fraternitatis extra de testi. Afflic.deci.216. quotidie ad fi.

12 Curabit tamen reprobare uolens, ut opposita infra quinq. dies utiles probet. alioquin remaneret exclusus, quia terminus iste in statuto prædicto lib.1.c.53. est ad proban dum & probatum habendum, de quo abunde dixi supra de dilationibus.

13 Si testes inuicem in facto pugnantes reperirētur iudices tenētur illos Senatori denunciare, quod & litigatores ipsi facere possunt, qui Senator illos carcerati faciet, & credet ei, qui in tormentis in suo dicto persistet lib.4.par.ii.c.30.

De Assettamento, illiusque uoto. Cap. XIII.

iure

1 ASsettamentum, (quod appellant,) est congregatio omnium iudicum capitolinæ Curiæ, sedendo facta; ad effectum discutiendi, iuris dubia contingentia, in causis tam ciuilibus, quam criminalibus, iuxta quorum uotum & resolutionem, iudex causæ procedere, pronunciare & terminare tenetur.

2 Olim Senator sex iudices secum pro assettamento fiendo ducere tenebatur, duos scilicet Collaterales, duos alios qui publicis iudiciis & criminalibus causis præessent, alium qui cognosceret de rebus ad cameram spectantibus, & de causis criminalibus ciuiliter intentatis. Sextum, qui cognosceret nunciationem noui operis, & de occupatione uiarum, & platearum Vrbis, ex statuto lib. 1.c.5. Hodie, ut dixi in initio, tres sunt nam de

de causis criminalibus unus cognoscit, de reliquis Senator, primus & secundus Collaterales, relicta cognitione rerum ad Cameram Ro. Po. spectantium illustribus dominis Conseruatoribus, & uiarum cura magistris, qui quotannis a pontifice creantur: de quibus forsan dicemus:

3 Quatuor igitur Iudices præfati licet olim nullo habito dierum aut horarum discrimine se congregarent, hodie tamen ex institutione illustris Francisci Bellenzini, Equitis Mutinensis, & Senatoris dignissimi, singulis diebus Martis, Iouis, & Sabbati, si dies ipsi feriati non sint, eorundem congregatio fit, facta etiam causarum patronis & coniudicibus, per schedulam iudicis manu subscriptam, denunciatione, de qua causa, siue etiã de quo articulo discutiendum sit: quo fit, ut omnis confusio cesset, & partibus facultas informandi detur. Hunc tamen morem non adeo sibi præscripserunt, ut aliter facta congregatione, dispositũ in ea nõ ualeat: nam, respectu causarum criminalium, & earum, quæ uel breuiores sunt, uel nullam dilationem expectant, Senator, etiam non expectata die præfinita, Iudices conuocare solet. præscriptis tamen diebus (ut eorum laudabilem morem recenseam) summo mane in cubiculum Senatoris se claudunt, ibidemq.

quilibet

quilibet ipſorũ cauſas quæ coram ipſo uẽti lãtur, facto recitato proponit, ex quo factò dubia eliciũtur, quæ ſi a partibus iam mòni tis plene diluta non fuerit; facta inter eos di ſcuſione, ſi eis uel eorũ maiori parti de cauſa liquet, cauſæ illius Notarius uocatur, qui de
4 eorũ uoto & cõſenſu duobus teſtibus adhi bitis rogatur ideoq. uotũ aſſettamẽti appel latur: cuius hæc fere eſt forma. Illuſtr. Franci ſcus Bellẽcinus Senator, Magn. Galeatius Po gius primus Collateralis, Magn. Io. Bap. Bi zonus ſecundus Collateralis, & Magn. Fran ciſcus Antonius Scæuola, Iudex maleficio rum, in camera Illuſt. Senatoris cõgregati, ha bito colloquio ſuper cauſa uertente coram d. primo Collatetalis inter Philippum Phi lopatrem ex una, & Mutium Mullum ex alia, de & ſuper prioritate, & potioritate iurium & hypotecæ fuerunt in uoto, ut d. pri mus Collateralis pronunciet &c. Quod uo tum Notarius actuarius in ſuis actis ſcribe re & annotare debet, & partibus niſi Iudice mandante nec facto nec uerbis propalare. ſi quidem multoties euenit, quod Iudices ip ſi melius informati eorum ſententiam (uti ſapientes decet) in melius mutauerint.

5 Statutum antiquum lib. 1. c. 19. requirit, ut duæ partes iudicum concordent in uoto, quod quidẽ tunc fieri poterat, cum ſex erant

ut

ut prædixi hodie uero ex ſtatuto quod eſt lib.5.c.44.uotum totius aſſettamenti requiritur. puto tamen,quod,ſi tres in unam ſententiam coirent,ab omnibus conſenſum dici poſſet,ex regula l.aliud § refertur cum ibi nota.per Deci.& Cagno.ff.reg.iur. & ſi unus aliorum ſentẽtiæ non aſſentiret, poſſet etiã Notarius deſcribere illum non conſenſiſſe ut dicit Cagno. ubi ſupra n.19.

6 Vidi etiam uota iudicantium diuiſa quia duo ſclicet unum,duo aliud ſentiebant.quo caſu ad ſignaturam recurſum fuit, & alius ab eadem ſignatura Iudex additus,expreſſo mandato,quod eſſet illud,quod a maiori par

7 te ſentiretur.

Votum iſtud adhiberi in omnibus ſententiis,&ſuper quolibet præiudiciali articulo(ſi id ab altera partium petatur)præcipit ſtatu. lib.5.c.44. quod ſi omittatur, ſententia & actus ipſo iure corruit, ut ibidem ſtatutum prædictum declarat, & uoluit Bal.in tracta. ſtatu.uerb. ſententia in 2.nota.quod procederet, etiam ſi uerbum ipſo iure in ſtatuto non fuiſſet appoſitum, Alex.conſ.59. uol.4. ante n.4.Tiraquel.ad.l. ſi unquã in uerbo reuertãtur n.153.C.d.reuoc.dona. & propterea qui aduerſarios illaqueare quærũt ſub inuolucro uerborum uotum aſſettamenti etiã ante tempus ſententiæ ferendæ petere conſueuerunt

ſueuerunt. quod animaduertẽ dum cenſeo. nam ſi petitum uotum patroni omitterent, clientis pecuniam & ipſorum operam perderent, eorumq. honori non minimam notam iniicerent.

Nimis quidem generaliter loquitur ſtatutum hoc, in eo quod ſubiicit, ſuper quolibet præiudiciali articulo uotum aſſettamenti, ſi petatur, adhibendum eſſe. nam anſam quammaximam fugientibus præbet, ſiquidem in admiſsione tum iurium, tum etiam articulorum, ac exceptionum, & in repoſitione etiam a repoſitione, & aliis etiam minimis, quæ quandoq. manifeſtam calumniã demonſtrant, peti conſueuit. quam tamen calumniam actoris patronus ſuſtinet, ne ex lite litem faciat, cum magis expediat, mora modici temporis, uotum expectãdo, rite & recte obtinere, quã periculo, ſeu ſaltim diſputationi nullitatis, cauſam ſubiicere. diu tamen agitatum uidi, ſi huic rei ita mederi poſſet, ut calumniantibus uia clauderetur, & boni non opprimerentur. & ſatis remedium adhibitum ſcio, quod adhuc ſpero in lucem proditurum.

8 Ceterum quod per cauſæ Notarium ſcribi debeat uotum, præcipit ſtatutum prædictum, lib. 5. c. 44. non igitur Notarius pro Notario de hoc rogari poterit.

Illud

9 Illud non omittendum, quod, licet pars aliqua uotum assettamenti non petat Iudex tamen causæ in negociis arduis, & sentētiis ferendis, sub periurii pœna a ceteris Iudicibus, quid sentiant, petere debet, & Iudices reliqui, sub eadem periurii pœna, consulere, & eorum uotum dare tenentur, lib. statu.1.c.90.quo casu necessarium non erit, ut uotum in scriptis per Notarium redigatur.

10 Disponit etiam statutum, quod uotum cōtra statuta seu iura non teneat, lib.1.c.19. quod etiā de iure cōmuni apertū est.l.cum prolatis ubi Bar. & alii.ff.de re.iudi.l.i.§.itē cum contra sacras.ff.quæ senten.sine appellatione Feli.c. quoniam contra n.24. extra de probatio.

11 Omnium autem Iudicum præsentiam requiri, probatur ex lib.5.c.44. ibi totius assettamenti & dixi supra, quare cum aliquis iudicum aut abest, aut ægrotat, expectandus est, quod si diu absens futurus sit consueuerunt illustr. Vrbis Conseruatores Pontifici supplicare, ut habito præsentium uoto, causæ breuiores decidātur, ut super intermediis quarumcumq. causarum prouideri posśit.

L De

De instantia C. XIIII.

Instantiam

1 ANtequam Actor sententiam petat, animaduertere debet ad instãtiam, quæ in causis, de quibus loquimur, annalis est, lib. 5. c. 3. nam si extra instantiam
2 obtineret, actor nihil ageret, quia citationes omnes euanuissent lite iam mortua. l. cũ lite mortua. ff. iudica. sol. & hic similis esset ei qui nunquam fuit in iudicio. l. scire oportet. §. consequens ad fi. ff. de ex cusa. tuto glo. Bal. Sali. Castren. Alexan. & Ias. qui dant aliquas limitationes. l. properandum in principio. C. de iudi. qui dicunt ipso iure nullam esse, & hoc in odium actoris, sequitur Staphi. de litte. gra. & iusti. par. 7. uer. quando instantia, car. 182. qui loquitur de statuto nostro.
3 Reus tamen pro causæ expeditione instare posset, & se absolui facere, & aduersariũ in expensis condemnari, & in eius fauorem

ſententia teneret, ut dicit ſtatutum prædi-ctũ li.5.c.3.ad fi. Bar.l.fi.C.ut intr.cer.temp. ca.crimi.ter. Caſtrẽ.d.l.properandũ in princ. n.xi. Alex.ibidem n.23.poſt Ang. ibi & Bar. d.l.properandum.§.illo procul, ubi hoc uoluerunt Bal. & Sali. Ias. & ceteri.C.de iudi.

4 Annus autem hic computatur a die conteſtationis litis, ſeu habitæ pro conteſtata, ut dicit ſtatutum prædictum, & eſt de iure, ut notant omnes d.l. properandum, in princ. Vbi autem litis conteſtatio non ſolẽmniter fit, ut eſt in cauſis ſummariis de quibus ſuo loco dicam, primus actus, qui fit poſt oblatam petitionem, in quo de meritis cauſæ tractetur pro conteſtatione habetur. Bart.l. properandum.§.& ſi quidem.C. de iudi.Ias. d.l.properandum in princip.nu.7.& ibi Bald. Sali.& Caſtren.uel etiam ſi fiat actus qui poſt conteſtationem fieri ſolet ut eſt iurium ſiue articulorum productio Abb.c.præterea ad fi.de dilatio. Milis in uerbo litis conteſtatio ubi non requiritur.

5 Dixi actũ, in quo de meritis tractatur, quia petere copiam aut declinatorias ſeu dilatorias exceptiones opponere, conteſtationẽ nõ inducunt, nec illi æquipollẽt quia cũ iſtis merita non tanguntur.l.non uidetur.C.de iudi.& dicũt oẽs & maxime Ias. qui late proſequitur d.l.properandũ in prin.n.6.& 7.C.de iudi.

iudi.Bal.l.nulla & ibi Ias.C.de procura.Canoni.cap.pen.col.fi. extra de iudi.

6 Annus autẽ computabitur trecentorum sexaginta quinq. dierum.l. anniculus.ff.de uerb.sig excluso die cõtestationis, seu actus per quem lis pro contestata habetur, & hoc propter præpositionem.A.quæ ipsam contestationis diem excludit, glos.c. statutum de præben. in 6.cle. sicut de appella.Abb.c. super n.13. de appella.Bal.& Castr.l.1.ff.si quis cautio. Quod uerum nisi annus haberet bissexto calendas,quia tunc esset trecentorum sexaginta sex dierum currentium,ut.l.cum bissexto & ibi Alcia.ff.de.uer.sig.sicq.eo bissextili anno quamuis annus singatur trecentorum sexaginta quinq.dierum, erit tamen trecentorum sexaginta sex, excluso,ut dixi; contestationis die. quo fit, ut si forte uigesima quinta die Februarii contestatio facta fuisset,uigesima quarta die facta censeatur, & sic de sententia, si eo die eam ferri contingeret, ut d.l.notatur.

7 Fauorabile siquidem est statutum hoc, & propterea omnes ciuiles causas etiam summarias, & dotales,& quocumq. fauore præditas cõplectitur.d.l. properandum in prin. .C.de iudi.Bar.in extrauag.ad repri.uerb. non obstan.col.ii uer. est & alia constitutio Imol.l.1.in princip.ff.sol.mat.& ibi Bulgari

n.53.qui dicit,quod,si instantia dotis nō con tinetur sub generalitate .l. properandum, non esset fauor, sed odiū, & Parpa. ibi n.xi. qui dicit istam esse commu.opi. Nicella in cō cordia.337. qui cumulat infinita. Georgi.na ta, Clemen. sæpe.§.quæ omni col.32.& seq. in 3.& 8.fundamento de uerb sig. & hoc idē uoluit Ripus d.l.1.n.43. reprobata opi. Ca- stren. & Ias. ibidem & credo in dubium ca- dere non posse, quin sit fauor ut lites citius terminentur .c. finem litibus de dolo & con tuma. & ita usu receptum est, quando ordi naria uel summaria uia, dotis causa in iudi- cium deducitur. de executiua autem infrà suo loco dicetur.

8 Prorogatur hæc instantia per solius Papæ rescriptum, lib.1.c.53.uer.sic tamen, subla- ta iudici & partibus prorogandi facultate,
9 ut ibi dicitur.

Et quamuis iure cōmuni, per cōpromissum instantia hæc non suspendatur, ut dicunt Bar.Sali.Castr. & alii d.l.properādū in princ. reprobata Bal.opi. qui credidit per compro missum instantie cursum impediri, iure ta- men isto cursus instātiæ per compromissum impeditur lib.iiii.c.9. quod uerum est in eo compromisso, quod coactè ex forma statu- torum, ut ibi dicitur, fit. at si partes ipsæ sua spōte compromiserint, si id factū fuerit

ante-

antequam quinquagesimus dies instantiæ lapsus sit, triginta dies continui tantū de instantia demuntur, ceterum ius commune seruabitur lib. 1. c. 53. in fi. quod ultimū uix est ut credam hodie sibi locum uēdicare posse, cum sublata sit illa instantia cum sua intricata supputatione dierum. lib. 5. c. iii.

10 Vtrum autem sine citatione hæc prorogatio in uim rescripti fieri posit, & quando, uide quæ dicam infra de fatalibus, siue temporibus appellationis prosequendæ, uer. euenit.

11 Scire oportet, quod si hæc instantia labatur, per solum Principem instaurari poterit, sicut enim solus deus mortuos uiuificare, ita solus Principes peremptā instantia restituere potest Capici. qui refert id tenētes deci. 165. in causa domini Comitis per totum.

12 Hæc autem restitutionis petitio iustificatur a petentibus cum illa clausula, attento quod in prima instātia. Et quāuis tēpore Staphi. hæc restitutio nō daretur per signaturā, nisi cum clausula refectis expensis, ut ipse testatur in suo trāct. signaturæ lib. 7. uer. quando instantia, quod etiam probatur ex statuto, lib. 5. c. iij. ibi & actor condemnetur in expensis: tamen frequentior & receptior fuit signaturæ stilus apponendi clausulam refectis expensis, quatenus peremptio per partem

tem fuerit acceptata: quia, si acceptatio præcessisset, uidetur quodammodo efficacius parti acceptanti ius quæsitum: cui signatura iustitiæ præiudicare non uult.

13 Cautus igitur Rei procurator, cũ primum instantiam lapsam uidet, compareat coram Notario, & peremptionem instantiæ animo sibi ius quærendi pro expensis, acceptet: quo fiet, ut si de ea acceptione in commissione mentio non fiat, subreptitia censeatur: sicq. impetrans refectionem expensarum non euitabit.

14 Hocloco animaduertendum cẽseo, quod actor, qui habet cõmissionẽ cum clausula, refectis expensis, non prius agere potest quã expensas refecerit, propter ablatiuum absolutum conditionem importantem l. a testatore ff. cõdi. & demon. l. ab emptione ff. de pact. & ibi notat. Bar. in prin. Ale. cos. 119 n. 1. uol. 1. etiam si cautionem offerret, Negusan. in tracta. de pigno in 4. memb. 5. par. princ. n. xi. uer. tertia conclusio.

15 Perempta instantia, iure communi acta omnia ordinatoria pereunt d. l. properandum. §. 1. ubi glo. & Bar. & tradunt omnes. d. l. 2. C. de eden. iure tamen isto omnia acta fidem faciunt, in quocumq. iudicio d. lib. 5. c. iii. ad fi. animaduertat tamen Actoris pa-
16 tronus, quod post instantiæ restitutionem acta

acta omnia repeti debent, parte, ad hoc spe tialiter citata per doctr. Bar. l. naturaliter. §. nihil commune in 7. combina. n. 32. ff. de acqui. poss. dicentis, quod, quotiescumq. acta in alio iudicio probant, inter easdem personas debent repeti & reproduci in iudicio ubi fides eorum requiritur, cuius doctri. sequitur Alex. l. 2. ad fi. C. de eden. & cons. 82. col. fi. uol. 1. Ias. d. l. 2. qui alios id tenentes citat. n. 14. & ibidem Deci. n. 33. qui declarat quod
17 ualet repetitio omnium actorum unica citatione facta, Matesi. 164 nota. singularē cum concordan. per prædictos allegatis.

Et quamuis Staph. in d. tract. litt. iusti. li. 7. uer. quando instantia, uideatur tenere quod requiratur cōmissio, pro reiteratione actorum unico contextu fienda in terminis statu ti nostri quãdo est instantia perempta, hoc tamen numquam receptum uidi, & merito quia ex sententia præfatorum doctorum, repetitio unico contextu de iure fieri potest, & ex consequenti commissio nō requiritur.

De sententiæ prolatione C. XV.

Citationis ad sententiam forma, in causa ordinaria n. 1.
Sententie petitionis, forma n. 2.
Sententie forma n. 3.

Iuramen-

Appella-

Appellationem omittere, procurator succum bentis impune non potest, & quando ap- lationem prosequi teneatur. n. 19

1 His animaduersis citabitur reus illiusq. procurator ad sententiam sub hac forma, coram domino secundo Collaterali Ro. Palatii citetur Iulius Paulus ex aduerso principalis, & Marcus Antonius eius procurator, ad uidendum deferri iuramentum in supplemētum plenæ probationis, quatenus opus sit, necnon ad concludendum & audiendum sententiam ad p.
2 d. Instante Fabio Africano principali. Qua citatione legitime, ut supra de citatione dixi, executa, actor in iudicio comparens rei contumaciam accusabit, & petet sibi iuramentum in supplementum deferri, concludi, & pronunciari in eius fauorē & cōtra partem aduersam omni modo meliori. Ex tunc Iudex delato iuramento suppletorio (si id exigatur) concludet, & pronunciabit, prout in cedula, quam ibi Notarius causæ leget, usq. ad substantialia uerba sententiæ, quæ Iudicis manu scripta esse debent, illa uero substantialia Iudex ore proprio legēdo proferet, & Notarius de his rogatus testes adhibebit. quorum nomina in actis rediget. forma autem sententiæ hæc erit.

In

3 In Dei nomine Amen. Nos Sempronius Philaretus foro Semproniēsis Iuris utriusq. Doctor, Capitolini fori secundus Collateralis, cognoscentes de lite, causa, & controuersia, quæ coram nobis uersa fuit, & nunc uertitur, indecisa, inter Fabium Africanū agentem, & Tuberonem Campanum, illius procuratorem, ex una, & Iulium Paulum reū conuentum, & Marcūm Antonium, eiusdem procuratorem, ex alia, de & super uendicatione palatii nuncupati Labeonis in foro Olitorio, rebusq. aliis in actis causæ & causarum prædictarum latius deductis, coram nobis introductis uirtute petitionis, siue libelli, cuius tenor talis est.

Coram uobis &c.

Vnde uiso per nos dicto libello, uisisq. articulis, exceptionibus, testiumq. depositionibus, ac iuribus omnibus, & monumentis, hinc inde productis, & exhibitis, ac actis hinc inde factis, partibusq. cum eorū procuratoribus & aduocatis informātibus & allegantibus in iure & in facto sæpe sæpius auditis, uisoq. extractu omnium actorum, (si adsit) uisoq. uoto assettamenti (si adsit) uisaq. postremo citatione ad hanc nostram sententiam audiendam pro hac die & hora coram nobis legitimè facta talē inter dictas partes de uoto totius assettamenti (si adsit) senten-

tiam

tiam damus, proferimus, & promulgamus in his scriptis, & in hunc, qui sequitur, modum.

Christi benedicti, Eiusq. gloriosæ uirginis matris Mariæ nominibus inuocatis, pro tribunali sedentes, solumq. Deum præ oculis habentes, talem inter partes prædictas de uoto totius affettamenti (si ad sit) sententiam damus, proferimus, & promulgamus in his scriptis, & in hunc, qui sequitur, modum, Quia dicimus &c.

Hæc autē uerba quia dicimus usq. ad sen tentiæ finem propria manu ipsius iudicis ut dixi scribenda erunt. Quibus Iudex in hanc formam se subscribet: ita pronunciaui ego Sēpronius philaretus, secūdus Collateralis.

4 De iuramento in supplementū probationum deferendo, quādo & cui deferri debeat, late per docto. & maxime Ias. l. admonendi & præcipue in repetitione ff. de iure iuran. qui alios cumulat. ibi, qui indiget, recurrat.

5 Conclusio quodammodo pro forma hoc in loco fit. nam tertia dilatio, ut supra suo loco dixi, uim conclusionis obtinet. igitur quæ de conclusione quæruntur, ibi quærenda & disputanda erunt. statutum enim nostrum lib. 5. c. 1. post tertiam dilationem, post habitis aliis solemnitatibus iuris, nihil aliud quam sententiæ prolationem requisiuit.

Sententia tamen in scriptis, ut dixi, & ab ipso

ipſo Iudice ſedente pro tribunali proferēda erit, quia alias non teneret l. 1. & fi. & ibi omnes. C. de ſenten. ex breui. recitan.

7 Quod procurator & principalis ſecūdum traditam formam citentur, neceſſario requiritur, ut dixi ſupra de in ius uocando, & iure ciuili conſonum eſt. l. 1. C. de ſenten. late per Alex. l. nihil. C. de procu. licet ſecus ſit iure Canonum, glo. c. querelam extra de deci. Rom. ſing. 20. quod lex prima. Sed ſi plures procuratores habeat reus, omnes citentur, ne clienti litem facias, dum quæris ſuſtinere, quis ex pluribus procuratoribus litis dominus per litis conteſtationem effectus citari debuerit, ut uerbis illis ſtatuti ſatisfiat: ibi in qua etiam procurator citari debeat, lib. 5. c. iiii. qua cautela uitabis opiniones, de quibus per docto. l. nulla & d. l. nihil. C. de procu.

8 Accidit frequenter, quod Iudex ea die, qua reus ad audiendam ſentētiam uocatus eſt, eam proferre aut nolit aut non poſsit: & tunc facta per actorē debita inſtantia Iudex conſueuit, ne omnino petentem ſpernere uideatur, citationem ad p.d. diffundere, exemplo. l. ii. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cautio. & eius quod dicit Bal. l. 1. nu. 18. uer. & ſi illa die. C. quomo. & quan. Iudex, qua die actoris procurator coram Iudice ſedente cōparere

debet,

debet, & repetita citatione & illius diffusione, iterum rei contumacia accusata, pro sententia instare, nam si Iudex alia die quam citationis, seu illius diffusionis sententiam ferret, nihil ageret, Bar.l.fi.§.fi.ff.quod ui aut clam Abb. post Inno Anto.Archi. & Rotam c. cum dilecti nu.18.uer.7. de dolo & contu. Alex.l.4.§.Iulianus n.48.ff.de dam.infec. Deci.c.consuluit col.fi.extra de iudi.qui dicunt hanc esse magis commu.opi.

9 Sententia autē, libello seu petitioni conformis esse debet, cum ultra petita iudicis officium se nō extendat.l. ut fundus .ff. commu diuidun.l. si ex testamento cum concor. .ff.de exceptio. rei iudi. nisi forte in resciſſoriis.l. bouem.§.aliquando.ff. de edili edic. Rom.648. quoties Bal.l. pen.n.7.C. de ædili. actio. & propterea Iudex hoc diligenter animaduertere debet.

10 Debet etiam animaduertere quod totā causam decidat & terminet absoluendo uel condemnando prout sibi iustum uisum fuerit, alias sibi ipsi litē faciet, ex statuto lib.5. c.1. in fi. & sententia forte non ualebit.l. in hoc iudicio.ff. fami.hercis.l.etiam.ff. de mino. ubi docto. c. cum inter ex.de re iudi. ubi Canoni, & maxime Feli. qui ponit hanc regulam cū quatuordecim limita. a n. 13. usq. ad nu. 19. quo in loco bellissime distinguit,

Feli.

in prima limi. inter unum uel plura capitula, & quando dicatur separatum & quando connexum, animaduertendum tamen est, quod Feli. in loco prædicto, colum. 4. uers. primo nisi sit actum &c. dicit quod quando est actum quod iudicetur super toto, etiam tacite, ut ipse exemplificat in causa conuentionis & reconuentionis, tunc Iudex debet omnino super toto, etiã si essent capitula separata, pronunciare. quo fit ut stante statuto nostro prædicto, per quod præcipitur super toto pronunciari, quod si secus fieret etiam in casibus limitationum Feli. sententia esset nulla, propter formam statuti non seruatam, stante præsertim clausula irritanti in confirmatione statutorum, per Pontificem apposita, lib. 5. in fi. iunctis his quæ dicit Ias. l. pacta quæ cõtra n. 11. C. de pact. sarnen. in reg. de Idiomate q. 8.

Vnum etiam admoneo de mente Feli. ubi supra col. 4. uer. 2. restringe, quod licet sententia esset nulla, si Iudex in parte summæ petitæ condemnaret, & in reliqua non absolueret. l. 1. cum nota. C. si aduer. rẽ iud. l. quid tamen. ff. de arbi. iunctis his quæ proxime retuli, si tamen uel ex oppositis contra actorem exceptionibus, uel ex uerbis narratiuis sententiæ aut alias posset percipi animus iudicis absoluendi in reliquis, censeretur reus

ab omissa

ab omiſſa parte abſolutus, & ſententia ſuſtineretur: quod mihi ualde notandum uiſum eſt.

11 Aliud etiam non omitto, quod quamuis alias Iudex, qui omitteret condemnationẽ expenſarum, uel ex cauſa abſolutionem, de ſuo uictori teneretur. l. properandum §. ſin autem alterutra, ubi glo. & omnes. C. de iudi. tamen quia ſtatutum lib. 1. c. 98. mandat

12 quod uictus uictori teneatur reficere expenſas, etiam quod non fuerit uictus ipſe in expenſis condemnatus, hoc caſu expenſarum condemnatio non erit neceſſaria, quia condictione ex ſtatuto debentur; ut infra ſuo loco latius proſequar.

13 Sportulas Iudicibus etiam delegatis accipere iure canonum inhibetur, c. cum ab omni extra de uita & hone. cle. licet de cõſuetudine male obſeruetur, ut ibi per omnes, Iure ciuili uſq. ad duos aureos pro qualibet parte ſunt permiſſæ, auten. de iudicibus, & ut nullatenus ex. §. ne autẽ, gl. & Bar. auten. offeratur. C. de litis conteſta. ſtatutum uero lib. iiii. c. xi. mediam quodammodo uiam eligens, in cauſis mere commiſſariis tantum, & non in his, in quibus per commiſsiones iuriſdictio excitatur, illas exigi permiſit, quarum quantitas alio ſtatuto, quod eſt lib. 5. c. 49. ſecundum ualorem cauſarum limita-

 tur, ita

tur,ita ut ad ſummum duo aurei noſtri temporis pro qualibet parte & non ultra exigã tur, pœna imminente Iudici recipienti & parti danti, ultra ſententiæ inualiditatem quæ ipſo iure inducitur ut ibidem diſponitur.

Et quamuis ex uerbis ſtatuti,prædicti iunctis his quæ dixi ſupra de his qui foro capitulino ſubiiciuntur,& ex altero ſtatuto lib.4. c.x. per quod diſponitur quod ex commiſ- 1
ſionibus in cauſa præſentatis forma procedendi & iudicandi a ſtatutis tradita non alteretur, appareat, ſportulas non deberi in cauſis inter Ciues incolas & diſtrictuales, etiam ſi per commiſsionem ſint cepta, cum inter iſtos iurisdictio tantum poſsit dici ex- 1
citata,ad Fel. c.licet in corrigendis in princ. .ff. de offi.ordi. qui late proſequitur, nihilo minus ex conſuetudine (quæ plurimum in his attenditur ut dicunt omnes d.c. cũ ab omni de uita & hono. cleri. poſt Specu. de ſalariis.§.1.uer.ſi uero & Anchara. cons. 201. in princ.) receptum eſt, ut in cauſis ab initio commiſſariis etiam inter ſubiectos foro, ſportulæ debeantur.

15 Eo igitur caſu, quo ſportulæ ex conſuetudine debentur in citatione, quæ fit ad ſententiam, ante uerba illa ad uidendum deferri iuramẽtum &c. apponuntur iſta ad depo-

nendum deponiq. uidendum ſportulas, animo tamen repetendi, ex prædicto ſtatuto lib.iiii.c.xi. & contumacia non deponentis ſportulas accuſata, deponit actor pro parte aduerſarii animo repetendi ab eodem, & pro parte ſua etiam; cum expreſſa proteſta
16 tione, quod Iudici non conſignentur, niſi ſi & quatenus de iure & ex forma ſtatutorum debeantur, & nō alias &c. & ſimiliter in termino diffuſionis, ſi citationem diffundi continget, in repetitione citationis depoſitum quoq. ſportularum & proteſtatio. prædicta repetentur.

Hæc proteſtatio ſuſtulit quandoq. multas diſputationes eorū, qui putabāt Iudicē accepiſſe ſportulas indebitas & ex conſequenti ſententiam nullam eſſe, quia is qui depoſuerat, proteſtatione iuuabatur, eo quia ipſe non conſignaſſet, nec conſignari mandaſſet, ex ſtatuto prædicto

17 Lata igitur ſentētia partes actoris erunt, ſi ſuo clienti tota fauorabilis ſit, eam approbare & laudare, & gratias iudici de bene adminiſtrata iuſtitia referre; ſin autem partim fauorabilis, partim contra, acceptare quatenus pro parte ſua faciat, & gratias, ut dixi, referre, quatenus contra & ab ea parte, qua contra appellare, ut infra titulo de appel.uer. effectus. latius proſequar.

 Ceterum,

19 Ceterum,quod ad formam appellationis illiusq. proſecutionem attinet, loco proxime relato uer. forma latius attingã.ſat enim hic fuit monere patronos,quod a ſententiis contra,appellãdum eſt, nam appellationem procurator qui cauſæ ſuperfuit,impune nõ omitteret, niſi præſenti domino, ut appellaret, denunciaret,aut pauper omnino eſſet .l. inuitus.C. de procura. & ibi glo.Bar.Bal. Sali.Alex.& Ias.c.nõ iniuſte,ubi Anto.Abb. & Imo.eo. ti.licet appellationẽ proſequi nõ teneatur, niſi etiam ad proſequendum appellationem fuiſſet conſtitutus,& ſimpliciter aut expreſſe acceptaſſet, Ro.deci.21.ſi dominus,alias de procura.2.& 147.ſi procurator, alias de procura.9. in No. nam illud quod tenuit Alex.d.l.inuitus poſt Cin. Ray. Bal.Ang.& Sali. quod procurator appellare non teneatur, ſi iuſte ſuccubuerit, & quod in dubio iuſte ſuccubuiſſe uideatur, durum admodum, & inhumanum uidetur,cum poſſit domino denunciando ſuæ fidei proſpicere,& ius clientis & animum ſuum illæſum ſeruare, ut merito Anto. & Imol. per Alex. relati. & Rota deci. prædictis cõtrarium ſenſiſſe credam.

LIBER TERTIVS.

De causis executiuis C. I.

Instrumenta etiam publica iure ciuili non habent paratam executionem n. 1.
Guarantigia adinuenta, ut instrumentis daretur executio n. 2.
Guarantigia quid sit & unde dicatur ibidem.
Instrumẽtorum executio ex forma statutorum adinuenta n. 3.
Instrumentorum executio datur etiam instrumentis extra urbem & districtum celebratis n. 4.
Exceptiones quæ possint opponi contra instrumenta extra districtum celebrata n. 5.

1 QVoniã iure ciuili, instrumenta quãuis publica paratam executionem non habent .l. minor uigintiquinq. annis cui fideicõmissum, ubi glo. Bar. & Bal. .ff. de mino. nisi coram iudice & parte uera esse in eis contenta debitor confiteatur. l. si debitori ubi docto. ff. de iudi. quo casu confesso decem dierum spatium ad soluendum datur; ea re quærentes doctores nostri cautelam inuenire, quo modo fieri possent instrumenta, quæ paratam executionem ha-
2 berent, guarantigiam adinuenerunt. quæ

uox, ut sæpe a præceptor meo Andrea Alciato audiui Longobarda est, ut etiam probatur c.1.§.si autem de lege Conradi in usibus feudo. licet ibi Bal. dicat, eam esse uocem Tusciæ & Bal. sequitur Ias. l. error n.25. C. de iur. & fac. igno. & Tiraquel de cōstituto in 3. par. limi. 30. n 48. quod affirmare non audeo ex illius legis cōditore. Quicquid tamen sit, hæc uox. idem sonat, quod confirmatio, ut qui uellet caute agere coram Iudice, confessionē, instrumento mediante reciperet, quæ per Iudicem approbaretur. qua facta, nihil aliud actori faciundū remanebat, nisi ut præsentato coram Iudice cōfessionis instrumento, reo ad soluendum terminum dierum de-
8 cem præfigi faceret, qui decem dies loco quatuor mensium qui iudicatis dabantur, ex communi Italiæ stilo subrogati fuerunt. glo.
9 Bar. Bal. & Castr. d. l. si debitori: quo termino elapso, contra reum executio fieret. hincq. fere per totam Italiam iuribus numicipalibus, guarantigiæ forma tradita fuit, Iudicesq. chartularii, qui confessionibus in instrumentis fiendis præessent, constituti fuerunt: quam consuetudinem ad hæc usq. tempora regnum Neapolitanum & alia pleraq. Italiæ loca retinuerunt, & retinent. de quibus quidem guarantigiis & illarum priuilegiis abunde per Benedictum de Bargis &

alios tractatum est.

3 Vrbs uero nostra ulteriori compendio,ut fides & pacta uberius seruarentur,& lites celerius dirimerentur,statuit,& mãdauit,quod non solum publica instrumenta testamenta, sententiæ arbitria,& arbitriamenta,sed etiã priuatæ scripturæ, executioni demandarentur, legali termino prædicto dierum decem ad defendendum & opponendum certas releuantes exceptiones dato, pro ut infra singulariter prosequar.

4 Generaliter tamẽ sciendum est,quod executio instrumentorum,de qua in statuto nostro, non solum instrumentis in urbe & districtu celebratis, sed etiam illis quæ extra districtum celebrata sint, conceditur Bal.l. 1.q.4.C.ne fil.pro pat.Castrẽ.l. a diuo pio.§. sententiam n.4. & ibi Ale.n.12.& Ias.n.24.ff. de re iudi. contra hæc tamen instrumenta extra districtum celebrata, non solum exceptiones a statuto permissæ, & aliæ de quibus infra suo loco dicam, opponi poterunt, sed etiam omnes aliæ quæ in loco celebrati contractus opponi possent, ut dicit Bald.d.l.1. q.5. cum quo pertranseunt Castren. & Alex. loco præalle.

De executione inſtrumentorum Cap. II.

Perempta

1 QVi alicuius publici instrumenti uulgaris causæ (nam de dotalibus infra separatim dicam) executionem ex statuto lib.1.c.75. & lib.5.c.5.habere cupit, in primis animaduertere debet, si ipse sit qui cum aduersario contra quem executionem petere uult, contraxerit. nam si personarum actoris, seu rei mutatio facta fuisset executio peti non posset.lib.1.c.75.ad fi. nisi forte ius cessum actor a princicipali creditore haberet, per ut dicit ibidem statutum uer. quibus diebus, ubi expresse hoc disponit, & alias circumscripta speciali dispositione tenuit Bar.l.1.nu.22.ff.de actio. & obli.Bar.l. per diuersas q.x.C.manda.Roma. cons.142.cessionarius.

De

2 De hæredibus autẽ debitoris contrauersum uidi, duosq. magnos aduocatos audiui, alterũ asserentem iudicatum fuisse, contra hæredẽ exequi posse, alterũ contra. opinio tamen negantis cõtra hæredẽ exequi posse, frequẽtioribus decisionibus (quantũ mihi uidere licuit) uallata reperitur, & a pluribus iudicio meo secuta, in terminis statuti nostri; in quo in principio requiritur, quod in instrumento apparere debeat, debitorem, contra quem executio petitur, principaliter obligatum, & rursus in fine restringitur, statutũ locum non habere in illis instrumentis in quibus est facta mutatio personarum creditoris uel debitoris, contentorum in instrumento. & clarum est, quod heres non potest apparere principaliter obligatus in instrumento: quia in eo non legitur: nec etiã potest dici persona in instrumento contenta. hanc igitur partem negatiuam in terminis prædictis tenuit Ang. l. postulãte in princ. ff. ad trebelli. & ibi sequitur Alex. n. 7. uer. circa, post Bal. l. 1. C. de executio. rei iudi. Abb. cons. 86. uisis capitulis n. 4. post Bar. l. si decesserint. ff. qui satisda. cog. qui ex dictis Bar. d. l. si decesserint & d. l. postulante, sentit distinctionem, Ang. & Alex. idem tenuit Soci. cons. 120. cum præsenti nu. 8. uol. 1. & cons. 293. præsens consultatio nu. 1. uol. 2. &

distinctionem

diſtinctionem Ang.& Alex.uidetur ſequi Iaſ. d.l. ſi deceſſerit nu.13.& eam aperte tenuit Deci.l.nam hæres n.2.ff.de reg.iur. quem ſequitur ibi Cagno.n.15.uer. limitatur.

Nec me mouet quod ſtatuta lib.1.c.99.in fi.& lib.4.c.28.dum de feriis loquuntur innuere uideantur, quod etiam ubi facta eſt mutatio perſonarum, executiue agi poteſt: quia reſponderi pōt dupliciter,primo quod debet intelligi in illis executiuis quæ peti poſſunt contra hæredes, ut ſunt cauſæ dotales & teſtamentariæ de quibus infra, ſecundo quod poteſt intelligi de illa mutatione quæ fit perceſsionem quæ in ſtatuto de quo loquimur, excipitur: alioqui ſtatuentes ſe incontinenti correxiſsent: quod minime dicendum.

3 Sed quoniam ſtatutū, quod eſt lib.1.c.75. publicum inſtrumētum requirit, dubitatum uidi ſi de confeſsione debiti uel de mutuo aut depoſito aut ſimili per teſtes ad perpetuam rei memoriam examinatos (in caſu in quo id fieri poſſet & nota. in.c. quoniam frequenter ut lite non conte.) conſtaret, eorumdemq. depoſitiones publicatæ fuiſſent, & deſuper inſtrumentum confectum, numquid & huius inſtrumenti executio peti poſſet, & poſſe tenuit Ang.l.fi. ex gl.in uerb. depoſitionibus .C.de edic. diui Adria. tollen.

Alex.

Alex. conſ. 93. uolu. 6. Matteſi. nota. 5. nota quod contractus depoſiti Hippo. ſing. 484. ſi uera loqui Tiraquel. de retract. lignagier. §. 2. in glo. 1. n. 14. in uerb. monſtres ſon contrait, quicquid tenuerit Ias. d. l. fi.

4 Nam publicorum inſtrumentorum appellatione omnia, quæ per publicam Notarii manum ſunt authenticata, ex ſtricta ſignificatione continentur, etiam ſi acta uel atteſtationes aut quid tale ſint, ut dicit Anto. de Canario in tracta. de executio. inſtru. quæſt. 35.

5 Rurſus etiam dubitatum uidi, numquid clericis ex hoc ſtatuto, contra laicos obligatos, hæc executio dari debeat, & dari uerius eſt dummodo ab ipſo clerico requiſita a ſtatuto ſeruentur. Bene. de Barz. in tract. guaranti. poſt Bal. & alios in 1. par. q. 4.

6 Perſonis igitur circumſpectis, Actor ſuã petitionem in ſcriptis formare debet. in qua facti ſerie narrata, urbana requiſitione allegata, ut ſupra in ordinariis dixi, ac inſtrumenti præciſa expreſsione facta, petere debet, per Iudicem pronunciari, inſtrumẽtum quod tũc exhibeat, fore & eſſe exequẽdum, & debitæ executioni demandandum, contra debitorem & conuentum realiter & perſonaliter, pro ſumma in eo contenta damnis & intereſſe iuxta formam iuris & ſtatutorũ

& pro præmiſsis mandatum executiuum iux ta eorundem ſtatutorum formam decerni relaſſari omni meliori modo.

7 Quod petitio in ſcriptis fieri debeat, iure iſto municipali non cauetur. & licet non nulli ſine ſcriptis petant, contenti ſola inſtantia, quam poſt citationis relationem penes acta Notarii faciunt, tamen frequẽtiori uſu petitio in ſcriptis formari conſueuit. qui frequentior uſus a legibus fomentum recipit. nam cum hic actor, durante inſtantia iſtius executionis inſtrumentum non liquidum, ſi forte liquidum non ſit, ut multoties euenit liquidare debeat, & liquidatio, libelli oblationem requirat, ut dicit Bart. l. creditores in 3. prin. q. n. 15. C. de pigno. conſonum uidetur, quod ſaltem petitio in ſcriptis formetur, poſtquam ſolemnitas iſta a ſtatuto non tollitur, item quia etiam in ſummariis circumſcripto ſtatuto noſtro petitio ſaltẽ per modum memorialis, in ſcriptis fieri debet, Car. clemen. ſæpe. §. non ſic nu. 3. de uerb. ſigni. ubi & hoc tex. aperit.

8 Productio autem inſtrumenti tunc fieri debet, cũm executio petitur: quoniam, ſi produceretur poſt petitam executionem, uideretur productum ad probationem, non ad executionem, & propterea in iudicio executiuo, utpote deficiente eo, quod exequi

petitur,

petitur, obtinere non posset, argumento notato per Bal.l.plane.ff.quod falso tuto.Roma.cons.300.in casu proposito prima fronte, circa med.qui docent differre utrum ad probationem, uel ad executionem instrumentum producatur, & tenet expresse Firma. in suo reper. uerb.guarantigia uer.3.

9 Clausula secundum formam statutorum in petitione ideo adiici solet, ut, si quid minus in petitione cõtineatur, quã a statuto tribuatur, id etiã obtineat actor: quia paria sunt aliquid esse expressũ uere, uel per relationẽ ad aliud.l. ait pretor. §. si iudex ubi Bar. Ale. & Ias. ff. de re iudi.l.pen.C.de sent.quæ sine cer.quant.profe.cũ simil. sicut etiã sentẽtia quæ ad certũ relationẽ habet, tenet, & certa dicitur, ut late prosequitur Ias.d.§.si iudex.

De expensis autẽ, nulla ex necessitate fit mentio in petitione, ex quo per statutũ debentur a uicto, ut supra dixi, & infra suo loco latius prosequar. ibi uidebis etiam si forte ex stipulatu debeantur.

10 Ea petitione formata citari debet Reus, & eius procurator; si procuratorem habeat, in scriptis personaliter, aut domi copia dimissa ut supra, sub hac forma, coram Mag. D. pri. Collaterali Ro. executio. instrumẽti, citetur, Aufidius Lingo, exaduerso principalis, & Tiberius Macro eius assertus procurator,

curator, ad uidendum productionem publici inſtrumenti una cum ſummaria petitionẽ dicendum contra uidendum admitti, & iurare teſtes ſuper eiuſdem inſtrumenti recognitione quatenus opus ſit, ad primam diem, inſtante Papirio Pæto principali: et cõtumacia accuſata, actor inſtrumẽtum ſuum producat, cum ſua petitione, & petat admitti, ac teſtes ſuper recognitione inducat, & recognoſci procuret, prout ſupradixi de cauſis ordinariis in iurium productione. quod inſtrumentum & petitionem Iudex ſi & in quantum interloquendo admittet.

11 Reus ex aduerſo comparere, excipere, cõpiã petere, contra teſtes proteſtari, & petitam copiam infra terminum recipere ſimiliter debet, quemadmodũ ſupra de productione iurium in cauſis ordinariis dixi, quæ hic breuitatis cauſa non repeto.

Habita copia, rei patronus diligenter animaduertat, num aliqua ex exceptionibus a ſtatuto huic executioni opponi permiſsis, principali ſuo competat, nam ſtatutũ lib. 1. c. 7ʃ. exceptionem falſitatis, uſurarum ſolu-

12 tionis ſiue ſatisfactionis pacti de non petendo perpetuo uel ad tempus rei iudicatæ præſcriptionis & litis pendentis dumtaxat opponi permittit. Has igitur rei procurator infra decem dies utiles a die datæ copiæ numerandos,

merandos, si ea petita sit, uel a die productionis ipsius instrumenti si ea petita nō sit, opponat, & opposita probet: alioquin exclusus remaneret, nec ulterius ad probandum admitteretur, etiam si infra terminum testes induxisset, & eorum iuramenta recipi fecisset, lib. 5. c. 5. iunctis his quæ supra dixi de tertia dilatione in causis ordinariis danda.

13 Et quamuis statutum nostrum per dictionem dumtaxat loquens, uideatur alias exceptiones excludere, glo l. 2. C. de patri qui fil. dist. Dyn. c. in argumētum de reg. iur. in. 6 Ias. in l. si constante nu. 86. ff. sol. mat. post Bal. l. ita nobis. C. de adulte. cum eius uirtutis sit taxatiua, ut omnes casus non inclusos excludat. l. 1. & ibi Bar. ff. si quis ius dicen. non obtemp. notant canoni. c. cum ecclesia. de caus. possess. & propriæ, & maxime stante alio urbis statuto lib. 1. c. 6. circa med. quo cauetur quod statuta seruentur sicut iacent, per quod fit ut extensio nullo modo ad casus omissos fieri posit, Rip. d. l. si constante col. 19. n. 83. ubi de hoc dat regulam, cum limita. nihilominus adhuc etiam aliquæ opponi poterunt, ultra enumeratas per statutum. nam

14 in primis contra formam instrumenti si aliquæ solemnitates deficiant maxime a statuto requisitæ, ut si minor uel mulier donasset,

rem,quæ,petitur ſine cõſenſu proximorum, aut curatorum lib.5.c.19.uel recepiſſe confeſsi fuiſſent,quæ a pari hoc caſu procedunt, ut per Deci. conſ.132.nu.1. & 2. Rui. conſ. 135.n.x.uol.1. qui cumulant; Aut ſi ex duobus Notariis non inſolidum rogatis alter ſe non ſubcripſiſſet,lib.3.c.291.& 312.aut quid tale,huiuſmodi exceptiones & opponi poſſunt & recipi debent, infra terminum ſupra ſcriptum, nam ſtatutum intelligit de inſtru

15 mentis ualidis, ualida & ſolemnia requiſita habentibus, Bar.l. non putauit.§.non quæuis.ff. de contra tab.&.l.diuus.ff. de teſt.mili.Bal.l.1.C de iur. & fact.igno.Alex. conſ.3. nu.6.uol.2.Afflic.deci.283. diu eſt in p.Rot. per caſſado. de reſcrip.deci.x.Quare in hoc diligens patronus animaduertat,ſiquid contra ſolemnitates aut contra Notarii perſonam excipere poſſet,quod ad inualiditatem tendat inſtrumẽti,quoniam ab his exceptionibus excluſus non eſt.

16 Ex hoc ẽt apparet, quod ſimulationis exceptio non excluditur, quando uires inſtrumenti & contractus eneruat; quoniam inſtrumentum non eſt, quod eſt ſimulate conceptum,de quo late per Bal.l. ultima.§.in cõputatione col fi.C.de iur. deli. per Bar.l.1.§. & parui col.2.ff.quod ui aut clam,per omnes .l.1.C. plus ualere quod agitur per Anto. de

Cana.

Cana.in tract. de execu.instru.q.13.per Tiraquel. de retract. lignagier.§.1.in glo.2.n.12. in uerbo a uend. Rota per Cassado. de rescrip.deci.x.n.6.

17 Item & si quæ exceptiones ex instrumenti corpore colligi possent, ut si ex illicita expressa causa facta fuerit promissio, uel per metũ a carcerato, & de uinculis uel carcere in instrumento mentio fiat, uel conditio impleta non esset, aut is, qui petit pretium, rem non tradidisset, uel ex contrario, aut fideiussor conuentus sibi actiones cedi postularet, hæc etiam opponi possent, taxatiua non obstante, quia ex eodem fonte proueniũt, unde obligatio, & eam uulneratam prosecuntur & concomitantur, Bal.l. ex placito q.ultima.C.de rer.permu.Alex.cons.119. uol.1.qui late prosequitur per plura exempla Ias.l.iuris gentium.℣.quod fere nu.14.ff. de pact. Rota per Cassa.dicta dec.x.nu.6.& sequen.de rescrip.

18 Exceptionem quoq. executionis modificatiuam, ut obligatus (si de illis est cui hoc beneficium competit,) ultra quam facere posit non conueniatur, opponere non prohibetur, Castr. post Bar.l. filius familias.ff. quod cum eo Bal.l. plane.ff. quod fals. tuto. auct.Nec etiam cessionis bonorum, Bar.d.l. plane iste enim exceptiones quia instrumen

tum non impugnant, a ſtatuto opponi nõ prohibentur.
Poſtremo & cõtra præſumptiones, ex inſtrumento, cuius petitur executio, reſultantes, ſtante prædicto ſtatuto excipi & probari poterit, gl. & Ias. poſt alios d.l.iuris gentium.§. quod fere.ff.de pact.
19 Has igitur exceptiones rei procurator, ut dixi, diligenter examinet, & ſi quas competere ſuo clienti putabit, eas in ſcriptis redigat, & infra decem dies utiles omnino opponat, & demum in fabricatione & productione illarum, ac teſtium inductione, & examine, reſponſione aduerſarii ad ſuas poſitiones, ſi quas exceptiones articulatas dandas duxerit, ac termini dictorũ decẽ dierũ utilium prorogatione, per ſignaturam obtinenda obſeruabit ea quæ ſupra dixi de exceptionibus in cauſis ordinariis dandis. nam elapſis decem diebus utilibus a facultate excipiendi & probandi erit excluſus lib.5.c.5.
20 Actor uero intra eoſdem decem dies utiles ſuum inſtrumentum ſi liquidatione indiget, ut puta quia mortẽ aut ſuperexiſtentiã alicuius, uel conditionis purificationem, uel implementum pro parte ſua, aut quid tale probari oporteat, liquidare procuret, ex dicto ſtatuto lib.5.c.5.nam ut in reo dixi ſupra uer. habita nõ ſufficeret teſtes induxiſ-

se, & iurasse nisi plene infra terminum depo suissent. sed si probationem intra illos decem dies facere non poterit, ad signaturam pro prorogatione, seu termini noua præfixione recurrat, ut supra de lapsu tertiæ dilationis admonui.

In formandis autem articulis, attendet, quid sibi ad liquidationem sufficiat, & id deducat, in productione uero eorundem, partis citatione, testium inductione & examine, ac pro habenda responsione a reo principali, seruet quæ supra dixi in ordinariis de positionibus & articulis.

21 Vnum tamen sciat, quod necesse non erit hoc in loco sequenti die post litis contestationem articulos producere prout in causis ordinariis tenebatur, pro rei responsione habenda, sed sufficiet quandocũq. intra terminum probatorium illos producat, cum hoc casu statutum non prouideat, & de iure in istis executiuis quæ plusquã summariæ sunt, etiam post conclusionem interrogationes prædictæ super positionibus fieri possunt. l. ubicunq ff. de interro. actio. c. sæpe uer. interrogabit, ubi gl. & Car. de uerb. sig. Feli. c. cum Ioannes n. 11. ubi dicunt hanc communem de fid. instr. licet hæc conclusio post dies probatorios a statuto nostro præfixos aliquam dubitationem recipiat, quo ad partis instan-

 tiam,

tiam, quia, pars ab omni probatione exclusa uidetur, Specu. de positionibus. §. 4. uer. sed si ante conclusioné; quia per termini lapsum uidetur actor exclusus, ab omni probationum genere dicto lib. 5. c. 5. ut dixi supra de dilationibus.

22 Elapsis istis decem diebus probatoriis, reus, si arbitrabitur actorem suam intentionem nó probasse, instet se absolui: quod etiá post lapsum instantiæ fieri posse, supra de instantia in ordinariis docui; & aduersarium sibi in expensis condemnari properet.

23 Actor uero, si suam intentionem liquidauit, procuret infra alios quinq. dies utiles post lapsum dictorum dierum decé, causam expediri, & reum condemnari, nec se arctet ad ultimam diem, ne pereat instantia. nam causarum istarum instantia est dierum utilium quindecim. decem, ut dixi ad probandum & quinq. ad expediendum: quibus elapsis instantia perimitur ex statuto lib. 5. c. 5. igitur si putet aduersarium assettamenti uotum petiturum, ipse locum occupet, illudq. petat, & aduersario intimari faciat, qualiter in ea causa assettamenti uotum petitum est, & reum ad informandum & informari mandandū pro singulis diebus & horis citari faciat, & uotum tradi Notario procuret, quod si hæc sibi sufficere non putet, & cautius age-

re inten

re intendat, commissionem impetret proro gationis istorũ dierum, quæ etiam dari consueuit ad expediendum tantum, & ante quam hæc tempora labantur prorogari procuret.

24 Hæc prorogatio ad longiorem terminum quam dierum a statuto præfixorum fieri non poterit ex Bal.c.fi. de consuetu. quem sequitur Feli.c.de causis col.2.uer.2.limita. de offi.deleg.Hip.sing.52.prorogatio Marcus blã. Trac.de compromis. & arb. par.7.nume.54. Soc.Iuni.cons.63.n.6.uol.2.igitur hic diligenter attendendum ne in foueam incidas.

25 Quod si perimatur instantia, actor & reus ea attendere debent, quæ supra de peremptione instantiæ in ordinariis dixi.

26 Si quis ex litigatoribus sibi testium publicationem necessariam duxerit. eam petere poterit & seruabit omnia quæ seruanda esse publicatione petita supra in ordinariis dixi. terminus autem ad opponendum ex statuto lib.5.c.5. est dierum utilium quinq. quo elapso, terminus ad causam expediendam aliorum dierum quinq. ex eodem statuto, ex fine illorum quinq. computabitur.

27 Dum igitur hæc instãtiæ tempora durant, (nam ea perempta, ut supra dixi, nihil ageretur) actor citari faciat reum, illiusq. pro curatorem si quem habeat, ut supra de cita-

tione ad sententiam dictum est, sub hac forma: Coram domino primo Collaterali Romana executionis instrumenti citetur Aufidius Lingo ex aduerso principalis, & Tiberius Macro illius assertus procurator, ad uidendum pronunciari instrumētum, in actis productum, fore & esse exequendum, & debitæ executioni demandandum, ac pro contentis in eo mandatum executiuum decerni & relaxari iuxta formam statutorum ad primam diem:& ea citatione Notario tradita, accusata contumacia instabit pro prædictis;

28 Tunc Iudex, sine alia solemnitate, pronunciabit instrumentum fore exequendum, & debitæ executioni demandandum, iuxta formam statutorum, & pro contentis in instrumēto mandatum executiuum, iuxta eorumdem statutorum formam concedet, & relaxabit, ex eodem statuto lib.5.c.5. ita ab usu frequentiori recepto.

29 Et quamuis statutum prædictum uideatur constituere differentiam inter mandatum executiuum & apodissam, ea tamen differentia uerbalis est: quoniam idem in effectu est, relaxare apodissam, & mandatum directum executoribus de exequendo. quia tamen forte ea uox tunc frequentior erat, & magis plana, quam illa mandati, igitur statuentes ea usi sunt. quod autem idem sit, apparet

ex pluri

ex pluribus aliis ſtatutis lib.eodem 5.c.15.& c.50.lib.3.c.19.21.23.
30 Poſſet etiam Iudex ex eo ſtatuto ulteriori compendio uti & relaxare mandatum, ſiue apodiſſam, pro contentis in inſtrumento, iuxta eiusdem ſtatuti formam, quo diſponitur ut Iudex ſine alia ſolénitate poſsit apodiſſam relaxare. v. 3 l. 4. c. 5. n. 16.
31 Ab hac ſententia ſuccumbentis procurator (ſi eã iniuſtam putet) appellationem non omittat, ut dixi in ordinariis, de cuius proſecutione infra ſeparatim ſuo loco dicã. nam alia forma in iſtis, quam in ordinariis, ſeruanda eſt. ſciendũ tamẽ quod Ang. conſ. 115. ꝑ inquiramus & Corn. conſ. 221. in hac ad fi. uol. 4. & Fran. de Ripa in Rub. de re iudi. n. 13
32 tenuerunt Iudicẽ, qui pronunciauit inſtrumentum exequendum, poſſe ſuam hanc ſententiam cauſa cognita reuocare: quia interlocutória dicitur: quod puto notãdum. nam de facili ex hoc colligi licet, præſertim iuncto ſtatuto lib. 5. c. 4. quod procurator ſi in hoc actu non citetur, non erit hæc interlocutoria nulla; dicit enim ſtatutum, quod in exe
33 cutione inſtrumentorum teſtamentorum, apodiſſarum, & in miſsione in poſſeſsionem ex primo uel ſecũdo decreto, & ad ſententiã audiẽdam, in qua procurator citari debeat, ſeruetur illa citationis forma, quam tradit

cum igitur faciat diuersum actum sententiæ in quo requirit procuratorem citari, ab isto executionis instrumenti, apparet, quod sub illo sententiæ nomine, hunc casum executionis instrumenti comprendere noluit arg. eorum quæ notat Rip. d. rub. uersi. tertio limita. n. 9. de quo etiã dixi. §. de in ius uocando, uer. & quamuis.

De executione Apocharum C. III.

Forma

1 FOrma eadem, quam dixi seruari in executione instrumẽtorum, idemq. modus, per omnia seruari præcipitur, in executione apocharum, libr.1.c.77. & li.5.c.5. quas apochas iurisconsultus chirographos appellat.l.chirographis.ff. de admi.tuto. quo fit ut cum per omnia sint adæquata &. respectu exceptionũ, & respectu instantiæ & reliquorum, omnia sint seruanda in earundem executione, quæ seruari debere admonui in instrumentorum executione.l.1. ubi Bar. & omnes de leg.1.

2 Sed maius est apocharum, seu chirographorum priuilegium. nam quamuis obligatio instrumentalis sine causa, nec obligatoria, nec probatoria sit.l.cum de indebito.§.fi. cum concor.ff.de probatio. saltem quo ad plenam probationem, Spec.tit.de confes.§. nunc uidẽdum n.7.uer. sed numquid Roma. cons.373.in casu proposito uer.ceterũ Alex. cons.4.n.20.uol.1. Hippo. late in Rub.C. de proba.n.78.uer. scias. Item etiam quamuis partis præsentia sit de substantia obligationis.l.certum.§.si quis absente.ff.de confess.l. quæcunq.ff.de actio. & ob.l.nuda.ff.de dona. Bar.l.Generaliter n.5.C.de non nu.pec.nihilominus apocæ, etsi causam obligationis aut partis præsentiã non contineant, adhuc executioni contra scribentem, seu etiam so-

lum

lum subscribētem, demandabuntur, d.c.76. 1
Hoc tamen, quod de subscribente dicitur, etiam si statuto expresse non caueretur, idem iuris censeretur, quod de scribēte Docto. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de uerborum oblig. Alcia. l. procurator uerbo prabendam ad fi. C. de eden.
3 In eo autem quod statutum neq. diem neque locum requirit, iuri communi se conformem reddit. l. cum tabernam. §. idem quæsiuit ubi docto. ff. de pigno. Alex. cons. 42. in causa & lite in fi. uol. 3. Mattesi. not. 45. nota quod tempus, canoni. c. inter dilectos, de fid. instr. nisi ageretur de tertii interesse, Alex. cons. 105. nu. 4. uol. 3. Mattesi. d. not. 45. 2
4 Ad recognitionem apocharum de quibus supra triplici modo deuenitur, compellitur
5 enim principalis (& erit primus modus) ad recognoscendum, captis pignoribus & mulcta indicta lib. 1. c. 79. Ro. cons. 373. in casu proposito in pr. Dec. c. scripta nu. 25. extra de fid. instr.
6 Quo in loco sciendum est, quod, si reus neget apocham sua manu scriptam uel subscriptam & de mendacio conuincatur, punitur certa pecuniaria pœna, cuius medietas parti & alia fisco applicatur, in quibus condemnari per iudicem in executione debet ex prædicto statuto lib. 1. c. 76. licet iure cō-

muni propriam abnegans ſcripturam in duplum petitæ ſiue ſolutæ ſummæ puniatur au ten.contra qui propriam, ubi docto C.de nō nu. pe. igitur interrogati rei ut pœnā & notam fugiant, recognoſcere eorum ſcripturam ſaluis exceptionibus conſueuerunt.

7 Alius & ſecundus modus traditur a ſtatuto, ut per comparationem litterarum recognitio fiat d.c.76.ſed hic modus difficilis admodum eſt, ut dicunt docto.l.comparationes.C.de fid.inſtr.Afflic.deci.181. in quodā proceſſu. nam ea priuata ſcriptura, quæ ad comparationē faciendā producitur, trium teſtium ſubſcriptiōe notata eſſe debet, quorum teſtium ſubſcriptio recognoſci ſaltem per duos ex ſubſcribentibus debet, ut tex. ibi aperit & docto. declarant, & litteræ ad litterā tractus ad tractum ſyllabæ ad ſyllabā dictionis ad dictionem, non autem in uniuerſo, comparatio fieri debet. igitur uſu eueniente, quæ ibi notantur actoris & rei procuratores aduertent. nam & ibi utrum comparationis remiſsio ad alium iudicem fieri poſsit, notatum inuenient, et uide quæ dixi ſupra de productione iurium uerſi.hæc de recognitione.

8 Illud non omittam, quod iudex, ſi ei uidebitur, reum ad ſcribendum cogere poterit, ut comparatio fieri poſsit. Paul.de Caſt d.l. com-

comparationes, Ang. §. si quis igitur in autẽ• de instr. caute & si. Abb. & Card. d. c. scripta, ubi Deci. eos refert n. 25. extra de fid. instr. quãuis & hoc periculosum sit, tum propter malitiam scribentium, cum etiam proprer ætatem, & alia quæ litteras & characteres diuersificare possunt, ut præfati docto. & Afflic. d. Dec. 181. n 5. aduertunt.

9 Tertius est modus traditus per statutum, ut per tres testes, qui cognoscant manum & scripturam scribentis, recognoscatur: quod sufficere disponitur etiam si testes celebrationi scripturæ præsentes non fuerint, lib. 5. cap. 29. cum alias iure communi nõ sufficeret, recognitio per testes, qui præsentes non fuissent, etiam si assererent se notam habere manum, tractus & characteres litterarum scribentis, Are. cons. 64. diligenter Afflic. d. deci. 181. in quodam processu Alexãd. cons. 150. n. 21. uol. 5. Gramma. qui prædictos & alios refert deci. 84. fuit producta in prin. & decis. 93. in causa illustris. ad fin.

In reliquis autem hic attendenda erunt quæ supra de executione instrumentorum dixi esse seruanda.

De

De executione inſtrumentorum in forma Cameræ celebratorum. Cap. IIII.

Obligationis in forma cameræ executio quo modo petatur n. 1.
Appellare non licet, ubi confeſſio in uim obligationis in forma cameræ facta fuit, etiam quo ad effectum deuolu. n. 2.
Etiam facto depoſito. ibidem.
De nullitate confeſſionis debiti dici poteſt, licet appellare non liceat n. 3.
Citationis forma in petenda executione oblig. in forma cam. n. 4.
Exceptiones quæ contra petitam executionem oblig. in form. Cam. opponi poſſunt n. 5.
Reo nihil contra petitam executionem oblig. in for. cam. opponente abſque aliqua citatione poſt fienda, relaxatur mandatum ſecus ſi oppoſuerit n. 6.
Inſtantia petitæ executionis oblig. in for. cam. annalis eſt n. 7.

1 SI quis creditor debitorem uel ad factum uel ad dandum in forma Cameræ Apoſtolicæ obligatū habeat, ſciet ſibi breuiori uia ſuccurſum eſſe, quam per remedium executionis inſtrumenti, de quo ſupra dictum eſt. nam hoc caſu propter confeſsionem,

fefsionem, quæ fit in iudicio in uim dictæ obligationis uel ab ipso reo, uel ab eius procuratore, de quo in dicta forma; statutũ uoluit non solum exequi posse, sed etiam ap-
2 pellationem denegauit, etiam deposito facto, ut colligi licet ex statuto lib. 5. c. 50. & in hoc amplius est priuilegium huic obligationi a statuto traditum, quam a rescriptis summorũ pontificum; siquidem illorum uigore appellatio sine executionis retardatione admittitur, sed ex eo statuto omnino appellatio etiam facto deposito prohibetur, & etiã facta executione, ut dicit Capic. dec. 34. in causa Magnifici Andreæ n. 3. post Abb. in c. ad reprimendam col. pe. de offi. ordi.

3 De nullitate autem dici poterit, secundum Castrẽ. l. fi. C. de edic. diui Adria. tol. quẽ ibi sequitur Alex. n. 28. uer. in ea, qui etiam remissiue dicit, an & quando liceat querelari.

4 Forma huius executionis petendæ talis erit. præparato instrumento in publicam formam redacto, in quo clausula constitutionis procuratorum ad confitendum debitum fit extensa, citabitur reus sub hac forma. Coram magnifico primo Collaterali Romana consensus præstandi, citetur Cassius Lõginus ex aduerso principalis ad uidendum productionẽ publici instrumenti in forma cameræ

celebrati,

celebrati uidendum admitti iurare teſtes ſuper illius recognitione, quatenus opus ſit, nec non faciendum conſentire Macrinum ius habere prætendentem ſuper agro de quo in eodem inſtrumento iuxta eiusdẽ inſtrumenti formam & tenorem, alias confitendum debitum & contra ipſum relaxari mandatum executiuum, ad primam diem. quo facto, actor accuſata contumacia rei, inſtrumentum producet, & illud recognoſci per teſtes idoneos procurabit, iuxta tradita ſupra de productione iurium in ordinariis: qua recognitione facta, petat per Iudicem aliquem ex procuratoribus, ſiue Notariis quẽ propius habebit, ad id debitum cõfitendũ cogi propter ſpetiale inreuocabile mandatum in obligatione prædicta ad confitendum debitum in perſonam omnium procuratorum & Notariorum factum & appoſitũ. qua cõfeſsione facta, ex tunc Iudex mandatum decernet, & relaxabit, niſi infra decem dies, ſiue currentes, ſiue utiles, aut aliũ terminum ſibi bene uiſum, reus uel ſoluerit uel aliquid releuanter oppoſuerit, & probauerit.

5 Releuanter oppoſuerit, & probauerit, intelligo ego de opponi permiſsis exceptionibus, de quibus per Caſſa. de mu. peti deci. unica & de reſcrip. deci. x. n. 6. quamuis credi

O derim

derim in casu nostro non tantum illas tres exceptiones solutionis falsitatis & simulationis, de quibus per Cassa. ubi supra, sed etiam omnes alias, quas supra de executione instrumentorum enumeraui uer. habita & sequen. opponi posse, causis & rationibus, de quibus ibi.

6 Si igitur infra eum terminum nil reus probabit, uel releuanter deducet, absq. aliqua citatione contra ipsum mandatum executiuum relaxabitur, & realis & personalis executio fiet, ast si quid deduxerit, uel probauerit, ex quo res in controuersiam deducatur, tunc noua citatione opus erit, & euacuatis oppositis pro parte rei, mandatum relaxabitur, & executio committetur.

7 Instantia huius causæ annalis est: quia, ut dicit statutum d. lib. 5. c. 50. non petitur hoc casu executio instrumenti a Iudice, sed est iam ex partis confessione concessa, & non amplius decretum de exequendo, sed effectus executionis quæritur: quia tamen causa ciuilis est, sub annali instantia concludetur lib. 5. c. 3

De stilo Curiæ cũ multis notabilibus quæstionibus circa hanc obligationem doctissime & egregie tractauit d. Ant. Massa, excellentis ingenii uir, & quem maxime colo. ibi quod amplius desiderabis inuenies.

De execu-

De executione instrumentorum dotalium Cap. V.

rographum

1 QVi dotalis instrumẽti executionem habere cupit, eam formulam seruare debet quam supra tradidi titulo de executione instrumentorum, sicq. actor ut ibi dixi infra decem dies utiles suam intentionem iustificabit, & siquid liquidãdum erit liquidabit, & reus suas exceptiones deducet ex statuto lib. 1. c. 76. De instantia autem infra

infra uer. instantia, angustior tamen excipiē
di facultas reo datur, ut dicam infra proxime uer.due.
2 Ius petendi horum instrumentorũ executionē, cōpetit mulieri illiusq. hæredibus & habentibus causam ab ea, ut dicit statutum d.lib.1.c.79.& hoc, siue mulier repetat dotē pro eius parte marito aut socero siue depositario traditam, siue etiam illam petat ab his, qui pro ea dotem promiserunt, ut uidetur innuere statutum prædictum ibi, contra debitores & eorum hæredes &c. de quo tamen infra latius uer. contra debitores.
3 Maritus quoq. si ei dos soluta non sit, huius statuti fauore uti poterit, in ea petenda a socero illiusq. hæredibus, promissoribus dotis, & aliis de quibus paulo infra dicam, & hoc ex generalibus uerbis ipsius statuti in
4 principio, ex quibus datur priuilegium instrumento dotali, contra dotis debitores. cum igitur priuilegium detur causæ, & instrumento dotali, ad omnes personas transire censendum est, ad quas ius dotem exigendi transit. l. in omnibus causis id obseruatur ubi Deci. & Cagno. & .l. priuilegia. ff. de reg.
5 iur. Maxime quia maritus & uxor sunt correlatiua, & statutum in uno non solum in fauorabilibus, ut est casus de quo loquimur, sed etiam in odiosis ad aliud ex correlatiuis

extenditur l.fi. in uerb. æqua lance ubi hoc Bal not.C.de diuor.Ias. late.l. nõ tantum ff. de reg.iur.Cagno. qui prædictos refert d.l. in omnibus n.12. Et quod priuilegium ſummarii proceſſus quod competit mulieri & eius parti, in repetendo dotem, competat marito, & eius parti illam petendo, tenuit Bal.nouell.in tracta. dotis par.9.priui.12. & rurſus par.12.co.2.& n.72 & quaſi per totam illam partem, & ita uſu receptum eſt.

Contra debitores & hæredes eorum, & quoscumq. poſſeſſores bonorum, tacite uel expreſſe obligatorum, depoſitarium dotis, & bona eius, inſtrumẽta prædicta exequi poſſe ſtatutum prædictum diſponit, d.lib.1.c.79 Quod quidem, quantum attinet ad extraneos, qui dotem pro muliere promiſerunt, expeditum eſt.l. unica.§. accedit ubi Bal. & Sali.C.de rei uxo.actio.l. ſi extraneus in fi.ff. de dot. promiſſ. etiam ſi mulier promiſsionis tempore abſens fuerit, & nullus pro ea receperit, d.§.accedit & .l.fi. in princ.C. de iur.dot. Bart. conſil. 123. factum ſic ſe habet Titius, Alex. conſ.4.nu.20. uol.2. Deci. conſ.35 in primo.

7 Sed quantum ad patrem promittentem illiusq. hæredes attinet, ſi mulier promiſsionis tempore abſens fuerit, dubitatum ſcio. Videbatur enim quod matrimonio ſoluto, mulieri

mulieri contra patrem & illius hæredes ex propria perſona, actio dari non deberet, ſed requirit ut hæredes mariti mulieri uel exactam dotem præſtarent, uel actionem ce derent, ex.l.ſi ſocer.§.lutius.ff. ſo. ma.& l.ſi pro te.C.de dot.promiſsio. quod ſemel. Nea poli ex iuſſu Sacri Regii Concilii factum ui di; licet Decius d.conſ.35. contrarium ſen tire uideatur.

8 Prædicta autem de muliere ſui iuris intel ligenda ſunt.l.2 in princ.ff.ſol.mat. ceterum ſi in patris poteſtate ſit mulier matrimonio ſoluto, ſi dos repetatur, patris & filiæ cõmu nis eſt actio, d.l.2.§.quod ſi in patris &.§.uo luntate cum lege ſequenti, ubi docto. late de hoc ff.ſol.mat. ſed ſi a patre, marito ſolu ta non fuerit, quid dicendum erit, uiſendus erit Deci.cum relatis per ipſum d.conſ.35. per totum

9 Rurſus prædicta de executione petenda intelligẽda ſunt matrimonio ſoluto, per mor tem mariti, ſecus autẽ ſi mulier matrimonio conſtante uiro ad inopiam uergente dotem repetat, quoniam eo caſu beneficio huius ſtatuti de executione inſtrumentorum dota lium, non iuuabitur; ſed agere debebit da to libello & lite conteſtata prout in ordina riis, & ſecundum iuris regulas.l.ſi conſtan te in prin.ff.ſo.ma.&.l.ubi adhuc & autẽ do-

nationem.

ritatis uiri tenuerunt de iure cōmuni idem esse quod statutum disponit, licet eorum opinio reprobetur a Bar. d.l. si constante n.72. quem ibi sequitur Alex. n.25. ff. sol. mat. quorum Bar. & Alex. opinionem, magis communiter receptam testatur Negusan. in tracta. de pigno. in 1. membr. 8 par. prin. uer. nono fallit. n.23. cum quinq. sequentibus

13 Et si per spetialem hipothecam mulieri prouisum non sit, stante statuto nostro, contra tertium possessorem rem generaliter hipothecatam occupantem, procedi absq. dubio poterit. l. creditoris. ff. de distractio. pigno. ubi Bar. l. generaliter in pri. ff. qui pot. in pig. hab.

14 Sed si quædam spetialiter obligata habeat mulier, alia uero generaliter, uelitq. relicta spetiali hipotheca, contra tertium posidentem rem generaliter hipothecatā habere recursum, an ei licitum sit dubitatum pluries uidi, & quidem pro parte negatiua est tex. in. l. 2. C. de pigno. per quem prohibetur creditor relicta spetiali hipotheca cōtra secundum creditorē rem generaliter hipothecatam posidentem, uenire; quem tex. in dote etiam procedere intelligit Roma. cōs. 187. in re præsenti circa med.

Sed qui contrariū sentiebant, ea potissimum conclusione innitebantur, quod lex ge

raliter

neraliter loquens causam dotis non complectitur, & ex ea arguebant causam dotis sub dispositione d.l.2.non complecti.

15 Hæc conclusio, quod lex generaliter loquens non comprendat causam dotis, etiam si eo casu, quo generalis lex emanauit, dos spetialiter priuilegiata non reperiatur, fuit Sali. in l.fi.in 4.not.C.de iur.dot quam secutus fuit Ias l.1.in tertio not.in.1.lectu.ff.sol. mat. & cons.171.col.fi.uol.4.Bal. Nouell.in tracta. dotis in 6.par. priui. 47. nu. 11. Soci. cons.46.n.25.uol.4. Lupus in repeti.rub. extra de don. inter uir.conclu.16.Barba. in addi.ad Bal.c.1.§.donare, qualiter feudum alienari possit, Negusan qui dicit hanc commu. in d.tracta. de pigno. in.1.memb.8.par. prin.n.23.uer.tamen; Franc.Balb. in tracta. de præscri. in 2.par.5.par.prin. quæst.8.uer. 11.limita.

16 Contrarium uero quod lex generaliter loquens causam dotis complectatur, nisi dos spetialiter eo casu priuilegiata reperiatur, tenuerunt Bal.l. in fraudem §.fi.ff. de testa. mili. Afflic super consti.regni fol.223.col.3. Deci.cons.5.& 301.Paris.cons.17.col.fi.uo.1. Grat.cons.130.co.2.uo.2.Maria.iun.cõs.12. col.3.uo.2.præceptor meus D.A.Alcia.lib.4 paradox.c.x.circa med.et.l.1.in uerb. semper.ff.sol.mat.Rip.l.1.nu.14.ff.solu.mat.Cagno.

gno.l.1.nu.16.ff.de reg iur.latisſi.Tiraquel. de retraict.lignagier.§.1. in glo.14.nu.105. ubi poſt ſubtilem & ſerioſam diſputationem ſupraſcriptam concluſionem firmat ex quibus concludendũ uidetur,ut mulier non poſsit relicta ſpetiali hipotheca,contra tertios poſsidentes bona generaliter hipothecata uenire,quia dos hoc caſu nullum priuilegium habet. & ſecundum hanc ſemel iudicatum uidi.

17 Ex his ut arbitror apparet conſultius eſſe mulieri generalem tantum hipothecam ſuper omnibus mariti bonis, quã generaliter quædam, quædam uero ſpecialiter hipothecata habere, ſiquidem uirtute generalis,& contra ſecundos & contra quoslibet poſſeſſores, ex ſtatuto noſtro nullo diſcrimine habito procedere poterit, & ita magis expedire aſſerit Cremenſ. ſing. ſuo 53. obligati & Caſſane. in conſue.Rub.Deſcenſes.§.6 nu.x. ideoq. cauti Notarii quãdo generalẽ & ſpetialem hipothecã in obligationis deducũt, clauſulam illam ſubnectere ſolent,ita ut ſpecialis hipotheca generali non deroget, nec ex contrario, quod eſt utiliſsimum.

Numquid autem diſpoſita in d.l.2.C.de pigno.locum ſibi uendicent ſi poſsideat ſecundus creditor uel etiam ſi poſsideat tertius non creditor, uel etiam ipſe debitor, uiſendus

dus erit Soc.cõs.198.pri.aſpectu co.pe. uer. pr. arbitror uol.2. & Neguſan.d.tracta.de pigno.in primo memb.8.par.nu.20

19 Sed quid ſi feudalia bona ſine aſſenſu domini fuerint pro dote mulieri obligata, num quid & ſuper illis executio peti poterit, & conſtat iure iſto poſſe, dummodo obligatus feudum illud ſpatio annorum triginta poſſederit, etiam ſi de inueſtitura ſeu iure ipſius feudatarii non appareat, ex ſtatuto d.lib.1. c.77.licet iure communi feudum pro dote ſine domini uoluntate obligari non poſsit, ut dicit Alex.poſt Bal.& Rom.l.ſi conſtante. nu.25.ff.ſol.mat. quod eſt in iure clariſsimũ.

20 Res quoque emphiteotica iure iſto municipali pro dote obligari poterit lib.1.c.123. quod intelligendum arbitror etiam ſi pro integro ipſius rei ualore obligetur, cum alias iure communi ex quacumque cauſa dummodo uerum rei ualorem nõ attingat obligari poſsit.l.ſi ab eo.ff.de pign. Azo.in ſumma.C. de ſeruitu.col.fi.l.tutor.§.etiam ubi Caſtren. ff.de pigno.actio.ubi quod etiam in generali hipotheca ueniat; de quo etiam per Ias.l.fi. n.107.C.de iur.emphi. Nam ſi obligatio fie-
21 ret pro concurrenti quantitate ueri ualoris ipſius rei, tunc ut ſuſpecta ſine domini conſenſu non admitteretur quia talis obligatio alienatio cenſetur, & deuolutioni locum facit

cit Castr.l.si res obligata.ff.de leg.1.glos. & Bar.l.qui habebat.ff.de leg.3. quam deuolutionem cũ statutum excludat intelligo ego eo casu quo deuolutioni locus esset.

22 Quibus instrumentis hæc executio concedatur uidendum est, Et quidem ex statuto nostro datur instrumẽtis dotium donationis propter nuptias, & alimentorum, & quibuscumq. aliis ex quibus aliquid debeatur, sub solo nomine dotis, ut puta si instrumentum contineret donationem pro dote, si instrumentum testamenti uel codicilli contineret legatum dotis, uel quid tale, dummodo instrumenta in publicam formam manu publici Notarii redacta essent, ex dicto lib. 1.cap.79.

23 Sed de chirographis dotalibus (nam plerumque dotes chirographis promittuntur) utrũ huius statuti priuilegio gaudeant, dubitatum uidi, non sine effectu : cum multum differat executio instrumentorum dotalium ab executione instrumentorum uulgarium causarum, quibus executiones apocharum æquiparatæ sunt, li.1.c.76.& lib.5.c.50.tum propter exceptiones tum etiam propter instantiam de quibus paulo infra dicam.

Pro parte negatiua, quod priuilegium instrumentis dotalibus concessum, ad apochas dotales non extendatur, allegabatur dictum

Bar.

Bar. & Bal l. 1. C. de iura. calumniæ. ubi dicunt ipsi quod ex quo secũdum communem usum loquendi, (qui in statutis communiter attenditur ut dicit Bal. l. labeo. ff. de suppel. legata. late per Felin. in proœ. decreta. col.
24 3. et 4.) instrumentorum appellatione non comprenduntur chirographa, quod statutũ loquens de instrumento chirographum non comprehendat, sequitur Roma. conf. 22. ne scio quid in 2. dubio. Aret conf. 51. co. 1. in fi. uer. tunc succedit, præsertim cum statuentes in casu nostro ut diuersa considerauerint instrumenta & apochas, nam quia uiderunt in c. de executione instrumẽtorum lib. 1. c. 75. apochas non comprendi, ideo aliud capitulum de executione apocharum post prædictum fecerũt & d lib. 5. c. 50. de apocis expressam mentionem fecerunt. Nec uersiculus & quæcumq. alia, in statuto nostro positus apochas comprẽdere potest, cum dictio
25 Alius intelligatur de similibus glo. l. si fugitiui uers. alia. C. de ser. fugit. latissi. Maria. Iun. conf. 160. nu. 13. uol. 2. Erit igitur intelligendum de aliis instrumentis, ut puta donationis uel legati, ex quibus aliquid debetur pro dote, & per consequens ex hoc statuto executio dotalis chirographi peti non poterit.

In contrarium & pro parte affirmatiua arguebatur a maioritate rationis, quod argu mentum

mentum eſt in iure ualidum, auten. multo magis C. de ſacroſan. Eccle. & dicebatur, quod ſi ſtatutum priuilegium executiuum inſtrumẽtorum uulgarium cauſarum ad apochas uulgarium cauſarũ extendit, & eiſdem apochis eandem executionem, quam publicis inſtrumentis conceſsit, multo magis credendum eſt ſub illa generalitate uerborum, & quæcumq. alia, apochas dotales quæ cauſam magis priuilegiatam continent, uoluiſſe complecti, cum etiam dotalia inſtrumenta amplioribus prærogatiuis & fauoribus, quam uulgarium cauſarum inſtrumẽta, proſequatur; nam contra hæc ſeptem uel octo exceptiones, contra illa tres tantum opponi poſſe permittit. item & ab abſurdo uitando, quod & ipſum eſt in iure ualidum argumentum, l. cum abſurdum. ff. de colla. bono. Abſurdum enim eſſet quod apochæ priuatarum & uulgarium cauſarum, eſſent magis priuilegiatæ quã apochæ dotales, & in hanc partem tanquam benigniorem Iudices deſcendebant, de ea tamen cauſa inter partes tranſactum extitit.

26 Sed quid ſi maritus qui dotem recepit aut recepiſſe confeſſus fuit, nihil de reſtituenda dote eo dotali inſtrumento cauiſſet? an & tunc illius inſtrumenti executio ex hoc ſtatuto peti poterit? & poſſe tenuit Caſtren. l. exi-

P gere

gere dotem, circa med. ff. de iudi.

Pro quibus rebus hæc executio peti possit, sciuisse non erit inutile. Et quidem pro dote donatione propter nuptias & alimẽtis dari, dubium non est, ex prædicto statuto li. 1. c.
27 79. in pr. quæ donatio ne erres, quia multis statutis implicita est, in summa ita distingui tur, si maritus decedit superstite uxore sine liberis, uxor quartam partem dotis ad proprietatem, & usumfructum lucratur. Si uero liberi superstites sunt, tunc eam quartam partem lucratur mulier ad usumfructum tantum; ideoque mulier ipsa, datis fideiussoribus cauebit, se eam donationem usufructu finito restituturam illis personis, ad quas de iure reuertetur d. l. lib. 1. c. 77. si uero uxor prædecedat, superstite marito sine liberis, maritus quartã partem dotis & ipse quoq. ad usumfructum & proprietatẽ lucratur, liberis uero extantibus totam dotem lucratur, ad usumfructum, quam communibus illius matrimonii liberis reseruare tenetur, hæc lib. 1. c. 77. lib. 4. c. 21. lib. 5. c. 22. quod lu
28 crum deducta funeris impensa intelligitur lib. 5. c. 23. funeris. n. impensa æs alienum dotis est. l. impensa la pri. et. l. celsus. ff. de religio.

Sed nũquid tam dotis datæ quam promissæ quartam partem superstes lucretur & statutum

donationis

tutum lib.4.c.21.mandat donationem lucra
29 ri, siue dos soluta fuerit in pecunia, siue pignore tradito,uel fundo dotali cõstituto,uel aliter satisfacta fuerit, ex quo uerbo satisfacta,iudicatum uidi per Rotam,donationem deberi mulieri, eius dotis, quam pater pro ea muliere ad certum terminum soluere promiserat, & fideiussorem de soluendo præstiterat, nam dicebam ex fideiussoris præstatione,marito satisfactum uideri per tex. ad hoc ualde notandum.§.uendite insti. de rerum diui.de quo per Boe.dec.22.& seq. Gui. Pap.deci.430.incipiente supra & 565.in contractu matrimonii n.3.

30 Sed & quamuis nihil de donatione propter nuptias lucranda inter contrahentes actum fuerit, si expresse cautum non sit donationem non deberi,adhuc donatio conditione ex statuto nostro peti poterit, lib.4. c.21.et lib.5.c.22.

31 Sponsa autem præmoriente (quia statutum de uxore & marito loquitur & in specie de matrimonio consumato lib.5.c.22.)quid dicendum sit uisendus est Abb.c.ex publico col.pe. in fi.extra de conuers.coniuga. & in cons.1.Deci.cons.540.per totum Ias.l.si donaturus.§.fi.ad fi.ff.de condit.causa data Hippo.sing.106. qui de proximo Rip. in Rub.ff. sol.mat.n.68.

32 Peti poterit hæc quoq. executio pro cete ris iuribus dotalibus, ut sunt uestimenta lu gubria, quæ marito & uxoribus debentur, al tero præmoriente ex statuto lib. 1. c. 77. & lib. 5. c. 23. nam cum hæc accessoria doti sint, non male cum dote horum accessoriorum executio petetur, ex reg. accessorium de reg. iur in 6. et. l. cum principalis ubi Deci. et Ca gno ff eo. tit.

Pro alimentis quoque, hæc executio pe ti poterit, ex apertissimis statuti uerbis, li. 1. c. 75. in pr. de quibus quãdo aliter quam exe cutiue petantur, infra separatim suo loco tradam.

33 Interim tamen sciendum erit alimenta tam uiro petenti dotem, quam uxori repe tenti, ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, taxata & definita esse,
34 lib. 1. c. 78. lib. 5. c. 20. quæ statuta in magna æquitate fundata sunt ut dicit Alex con. 31. nu. 5. uol. 6. quæ quidem alimenta debentur ab eo, qui tenetur uel dotem soluere, uel re stituere, a die moræ. d lib. 1. c. 78. uer. & ha beat locum & d. lib. 4. c. 20. quibus etiam in locis traditur quod ex pignore dotali perce pti fructus, in sortem non computantur.

35 Sed a quo die alimẽta uiduæ debeantur, & utrum ab hæredibus, dotem restui oportere ignorantibus, ante certioratione peti pos sint,

ſint, & quid durantibus ſex menſibus a ſtatu to indultis, dicam infra titulo de alimentis.

36 Hæc actio ad repetendam dotem, mulieri ſoluto matrimonio ſtatim cõpetit ad prædicta, licet executio non detur, & actio intentari non poſsit, ante ſex menſium lapſum a die obitus mariti, ex prædicto ſtatuto li. 1. c. 77. ex quo ſtatuto, tempus anni datum a l. unica. §. exactio. C. de rei uxo. actio. reciſum eſt; ſcire tamẽ actionem ſtatim ſoluto matrimonio natam eſſe; prodeſſe poterit ad multa, de quibus per Negûſan. in tracta. de pigno. in tertio membr. 8. par. prin. in prin.

37 Quod dicit ſtatutum prædictum lib. 1. c. 77. dotem ante ſex menſes repeti non poſſe, uelim intelligas ſi dos in pecunia ſit, ſed ſi dos in re immobili conſtituta eſſet, arbitror ſtatim & actionem & actionis exercitium ſoluto matrimonio natum eſſe, ex d. l. unica. §. exactio. C. de rei uxo. actio. nam ſtatutum, tempus anni miſerationis cauſa a lege indultum diuidere uoluit, non autem legis diſpoſitionem in eo quod ſtatim reſtitui debet, & poteſt, corrigere. & ita iudicatum fuiſſe ſcio.

38 Excipiendi facultas contra hæc dotalia inſtrumenta anguſtior eſt, quam illa, quæ contra uulgarium cauſarum inſtrumenta conceſſa eſt. nam ſtatutum d. lib. 1. c. 79. illas duas tantum, falſitatis & ſolutionis, ſiue ſatisfa-

ctionis, opponi posse permittit, ceteris exclusis. Non tamẽ simulationis exceptionem exclusam esse arbitrabor, neq. illas quæ executionem modificant, ut dixi supra de executione instrumentorum uer. & quamuis, & uer. ex hoc & sequenti.

39 Hæc autem uera esse arbitror & procedere, si contra instrumentum exceptio opponatur: ceterum, si contra liquidationem ipsius instrumenti exciperetur, latior esset facultas, ut si quis agens matrimonium probare uellet uel mortem, pro instrumenti dotalis liquidatione, ut declarat multum notabiliter Bal. l. si causam n. 11. uer. hoc modo. C. de execu. rei iudi. & eum sequitur Hippo. sing. 168. æqualitas.

40 Instantia causæ huius quæ sit, diu disputatum uidi, altera partium asserente esse dierum quindecim utilium, ex generali dispositione statuti de executione instrumẽtorum lib. 5. c. 5. & illis quindecim elapsis, instantiã perimi: altera negante, & asserente, generali illius statuti de executione instrumentorum dispositione, causam dotis non comprehendi, res in tres quæstiones scindebatur.

Prima utrum generalis dispositio causam dotis complecteretur, & in hac, ne idem repetam, supra uer. contrarium uero, conclusi opinionem

opinionem tenentium legem generaliter loquentem causam dotis includere nisi dos eo casu antiquiori lege priuilegiata reperiatur plurium auctoritate fulcitam.

41 Secunda conclusio erat resultans ex prædicta, præsupposita opinione proxime relata pro uera, si dici posset dotem in instantia a ueteri statuto lib.1.c.79 priuilegiatam fuisse, ita ut non comprenderetur sub dicto nouo statuto lib.5.c.5. Circa quam conclusionem pars, quæ asserebat in antiquo statuto dotem in instantia priuilegiatam fuisse, fundabat se in uerbis ipsius statuti, lib.1.c.79. ad fi. ibi sic tamē iudex faciat, quod dicta executio instrumentorum dotalium usq. ad uenditionem seu dationem insolutum infra uiginti dies utiles a die productionis instrumēti, finalem sortiatur effectum. ex quibus uerbis arguebant illi, ex antiquo statuto executionem instrumentorum dotalium, uiginti dierum utilium instantiam habuisse, quæ ex illorum lapsu non perimebatur lib.2.c.4. unde inferebant quod si in primo statuto priuilegiata in instātia fuerat, in noua generali dispositione executionis instrumentorum, respectu instantiæ non cōprehendatur, arbitror tamen illos uiginti dies, de quibus in di-

42 cto statuto c.79. pro instantia non esse, siquidem instantia sententiæ prolatione finitur l.

properandum in pri. ubi omnes. C. de iudi. et tamen statutum præcipit omnem executionem intra illos dies uiginti finiri.

43 Tertia conclusio erat, numquid esset fauor uel odium quod dotalium causarum executio sub breui instantia dicti statuti lib. 5. c. 5. complecteretur, qui negabant complecti, adducebant pro se dictum Paul. de Cas. l. 1. n. 5. ff. sol. mat. ubi dicit quod arctare instantiam dotis esset potius odium quam fauor.

Contra uero dicebatur admodum fauorabile & rei publicæ & mulieri esse quod dotium causæ breuiorem instantiam haberent, & lites citius terminarentur. ad quæ allegabātur ea, quæ dixi supra de instantiis causarum ordinariarum uer. fauorabile, & illud quod multi egregii Docto. concludunt d. l. 1. ff. so. mat. dum tenent instantiam dotalis causæ nō terminari triennio sed biennio. sentiunt n. fauorabile esse ut breuiorē habeat instantiā & exinde arguebant quod ex quo generalis dispositio statuti lib. 5. c. 5. respectu instantiæ fauorabilis erat, quod etiam dotales causas includeret, sicut & fauorabilis dispositio generalis, etiam clericos complectitur Bal. l. cunctos populos col. 11. uer. sed ulterius quæro n. 15. C. de summa trini. Anto. de But. & Abb. c. quod clericis de foro cōpe. Soci. qui testatur de cōmu. conf. 241. col. 1. & fi. uol. 2.

His

His tamen & quamplurimis aliis per doctissimos uiros tunc adductis non obstantibus, quia seniores procuratores asserebant sub illo statuto lib. 5. c. 5. ab initio non fuisse dotales causas comprehensas & quia euidenter apparebat propter nimiam breuitatem instantiæ ad expediendum datæ, ex dicto statuto lib. 5 c. 5. nempe dierum utilium quinque, raro causas infra illam instantiam expediri, & sic aperte de odio constabat, fuit per dominos tunc de assettaméto conclusum & ab inde citra pluries tentum & iudicatum, ut instantia causæ executionis dotalium instrumentorum, annalis sit; & sub statuto generali lib. 5. c. 3. concludatur, quæ sententia multam in se æquitatem continet. Quare quæ dixi supra de instantia causarum ordinariarum, hoc in loco attendenda sunt. Ceterum circa ea quæ hic remanent implenda, ea attendenda sunt, quæ supra de executione instrumentorum dixi. Dum interim meminerimus terminum ad probandum & excipien-
44 dum esse dierum utilium decem d. lib. 2. c. 79 & similem illi de quo infra titulo proxi. uersi. testes.

De executione ultimarum uoluntatum Cap. VI.

Executio testamentorum aut codiciliorum quo modo

1 QVi alicuius testamenti codicilli aut alterius ultimæ uoluntatis ex statuto lib. 1. c. 81. executionem habere uult, suam petitionem formabit, & concludet ut dixi supra de executione instrumentorum. quam petitionem una cum testamento producet, & in citatione, admissione, recognitione & reliquis, ea similiter obseruabit,

uabit, quæ ibi seruari oportere dixi. Item & reus in exceptionibus & actor in liquidatione & replicationibus ab ea forma non recedent.

2 Latiores tamen excipiendi habenas habet hoc casu reus. nam statutum nullam exceptionibus metam ponit, nisi respectu temporis, quia exceptiones opponi & probari præcipit intra octo dies continuos, a tempore productionis testamenti numerandos, & propterea & dilatorie & peremptorie, de quibus dixi supra titulo de causis ordinariis in principio uer. exceptiones, opponi poterunt. nam quamuis ab hoc statuto pro for-
3 mula in hoc iudicio tradatur, ut simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii, omni uiris sollemnitate omissa procedatur, non tamen defensiones reo competentes, & quæ ius illius tangunt, tolluntur, sed tantum quæ ordinem & solemnitatem iudiciorum; ut infra prosequar in titulo de causis summariis uer. tertium.

4 Item & actor pinguiori Minerua petitionem formare poterit. nam propter statuti nostri dispositionem etiam sine conclusione legitima, sed cū sola narratione facti, petitio substinebitur, Bart. d. extrauag. ad reprimē. uerb. figura, uer. item an requiratur petitio, & eū uidetur sequi Card. d. cle. sæpe quef. 17.

de quo

de quo latius infra de causis summariis d. uer. tertium.
5 Testes qui intra terminum iurauerunt, post lapsum illius examinari poterunt. nã in hoc statuto non fuerunt apposita illa uerba, quæ illorum examen post lapsum termini excludunt, de quibus supra in tertia dilatione causarum ordinariarum dixi; Iuramentum calumniæ (si altera partium petat;) nullatenus omittatur, glo. d. cle sæpe uerb. non excludi, & ibi Car. & Imol. licet omissum (si nó sit ab altera partium petitũ) processum non uitiet, ut ibi dicitur & Bar. not. d. uer. figura.
6 Elapsis igitur octo diebus continuis, actor citari faciet reum, & instabit pro executione, sicut dixi de executione instrumentorũ, & Iudex pronuntiabit testamentũ fore exequendum, in bonis defuncti, & executio realis & personalis fiet ut dicit statutum in ultimis uerbis. de qua re tamen latius infra de
7 executione rei iudicatæ uer. testamẽtorum. Hoc quod dixi de personali executione uerum est nisi hæres beneficio legis & inuentarii tutaretur, ex Bar. l. fi. § in computatione ad fi. C. de iure deli et Deci. l. si debitori n. 18 C. de pac. Alex. l. postulãte n. 4 ff ad trebel.
8 Remedio quoq. huius statuti fideicommissarii pro fideicommisso consequendo uti po runt Ange. §. illud in princ. uer. item nota ex
isto

iſto principio auten.de hæredi & falci.

Poterit quoq. hoc etiam caſu Iudex pro contentis in ultima uoluntate relaxare mandatum executiuum, Bar. d.extrauag.uerb. figura ad fi. ubi quod hæc ſententia in ſcriptis iure ciuili neceſſario nō eſt proferenda.

Hoc in loco quæ ſupra dixi de publicatione teſtium, illorumq. reprobatione, aſſettamenti uoto, & appellatione, in titu. de executione inſtrumentorum pro repetitis haberi uolo, ut & illa, ut ibi dixi, ſeruentur.

10 Inſtantia autem annalis erit, & ideo quæ de annali inſtantia ſupra dicta ſunt, hic diligenter attende. nam quamuis ſtatutum præcipiat iudici ut infra quindecim dies cauſam expediat, non propterea ex illorum lapſu inſtantia peribit, quia id ſtatutum non declarat, ex altero ſtatuto lib.2.c.4.

De executione ſententiarum & laudorum. Cap. VII.

Executio rei iudicatæ duplici uia peti poteſt n. 1

Iudex unus ſententiam alterius ſine ipſius licētia iure communi exequi non poteſt n. 2

Arbitria Arbitramenta et lauda ſicut ſententiæ iure iſto exequi peti poſſunt n. 3

Forma procedendi petita executione ſententiæ uel laudi, remiſſiue n. 4

Satis

S Atis implicite de executione senten tiarum & laudorum tractatur, per tria uel quatuor capitula libr.1.c.91. 92.93.& 171.in quibus promiscue de senten tiarum laudorum & arbitramentorum executione, & tam unicæ quam confirmatæ sen tentiæ, traditur. Ego quantum potero materiam hanc explicare conabor partim hic partim infra tit.de executione rei iudicatæ, in principio.

1 Sciendum igitur est, quod iure communi, duplici uia sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, executio peti potest, una implo rando iudicis, qui eam tulit, officium, uel alterius iudicis, cuius fori sit reus, cum litteris tamē iudicis qui sententiam tulit, pro eiusdem sententiæ executione, & hoc casu summarie proceditur.

Alia uia est, ut intentetur actio iudicati seu in factum, coram quocumque iudice or dinario: & tunc eodem iure communi, requi ritur libellus, litis contestatio, & alia sollemnia iudiciorum: & hæc fuit distinctio Bar. post Spec.cōmuniter approbata.l intra dies. ff.de re iud. ubi eam communiter receptam dicunt Imol.Come.Ias. & Rip.licet ipse Ias. & nonnulli alii in aliam sententiam transire uideantur. et cum Bar.trāseunt fere omnes. l.a diuo pio.§.sententiam.ff.eo.tit.de re iud.

ad

ad quam quæstionem & distinctionem tollendam, statutum prædictum lib. 1. c. 91. & c. 92. uoluit, ut omnes sententiæ, a quibus omnino non est appellatum, seu intra debitũ tempus appellatio prosecuta, debitæ executioni demandentur, spetiali exequendi formula tradita eo. lib. c. 93. quo fit ut etiam in casibus in quibus actio iudicati intẽtanda erat, dato libello, & iuris ordine seruato; ex
2 suprascriptis statutis summarie & executiue procedi possit.

Et quia iure communi, ut prædixi, unus iudex sententiam per alium latam exequi non potest, etiam si eiusdem ciuitatis sit, & potentiæ paris, sine uoluntate & rescripto iudicis qui eam tulit, intelligo per uiam officii implorati, ut dicit Bar. d. § sententiam in secunda quest. quem ibi sequuntur ceteri in hoc concordes, igitur statuentes ut facilius iudicatum exequi posset, sublata hac difficultate disposuerunt d. lib. 1. c. 92. ut quilibet Iudex Capitolinus, teneretur ad partis petentis instantiam, exequi sententias suprascriptas,

3 Rursus quia dubitatum fuerat a doctoribus, an arbitria & lauda parerent actionem, uel iudicis officium, & numquid executioni per quemlibet iudicem mitti debeant, aut possint; & an Arbitri licentia requiratur, de quibus

quibus late per Bart.Ang. Raffa. Imol. Alex. & Ias.d.l.a diuo.§.sententiam. in 6.quæst. de re iud.statutum nostrum ut iurgia compescerentur, mandauit dictis.c.91.& 92.ut Arbitrium arbitramentum siue laudum (nam hæc differũt inter se ut per Bar.l.societatem .§. arbitrorum.ff.pro socio) quibus, infra tempus debitum, (de quo li.1.c.166.& 170.) contradictum non est, seu quæ in rem transiuerunt iudicatam, per quemlibet iudicem Cu.Cap.executioni demãdarentur, & quod ex arbitriis & arbitramentis, & laudis ex compromissis, cum pœna uel sine, descendentibus, oriatur actio & exceptio, sicut ex sententia, quæ in rem transiuit iudicatam.

4 Modus autem procedendi in his executionibus satis aperte traditur a statuto d.lib. primo ca.93.de quo & reliquis quæ hic subnectenda essent uidebis infra de executione rei iudicatæ, præsertim uersi. qui igitur ibi prosequar.

LIBER

LIBER QVARTVS.

De causis summariis Cap. I.

1 MVltipliciter summariæ causæ in hoc statutorum uolumine cōsideratæ fuerunt. siquidem statuentes in aliquibus procedendum esse summariæ tantum, tradiderunt; in aliquibus sine figura iudicii, in aliquibus etiam omni iuris sollemnitate omissa, in aliquibus quoq. sola facti ueritate inspecta, & in aliquibus etiam ultra predicta extra iudicialiter, omnibus horis etiam diebus festis. Quæ species (prima excepta) parum aut nihil, quo ad modum procedendi & exceptionum admissionem, & iuris quæsiti conseruationem differunt. quia quemadmodum iuris quæsiti exceptiones, & defensiones in summariis simplicibus, non auferuntur, ita nec in illis, in quibus sola facti ueritate inspecta proceditur. Bar. in extrauag. ad reprimendum uerb. uidebitur, quo modo in cri. lesæ maie. proce. quem sequitur Mattesil. sing. 14. not. quod ubi, & Feli. c. canonum statuta. n. 3 2. uer. 2. nota, de consti. & ex consequenti tanto minus, tolluntur in ceteris minus priuilegiatis, licet quo ad modum decidendi, & in his, quæ dependent a mero iudicis arbitrio, plurimum differant, ut infra suo loco prosequar.

2 Sub prima igitur spetie causarum, earum scilicet, quæ summarium tantum habent processum, sunt causæ inuestimenti fracti, idest

idest cum missus in possessionem ex primo decreto ab aliquo propria auctoritate eicitur, de quo lib. 1. c. 49. quo casu statutum prædictum sine libello procedi permittit, qui ni si à statuto remitteretur, requireretur omnino, quoniam in causis simpliciter summariis, nihil remittitur ordinarii processus nisi quoad dilationum amputationem, Papien. in forma libell. in actione reali, uerb. summariæ. n. 13. per iura ibidem per eum allegata, & uoluit Card. d. Cle. sæpe nu. 21. de uerb. signi. Bar. in d. extrauag. ad reprimen. in uerb. summariæ, cum concor. reliqua uero quæ in d. c. 49. continentur per alia statuta immutata sunt.

3 Sub secunda specie summariarum in qua proceditur summariæ & de plano sine strepitu & figura iudicii, sunt causæ fisci Ro. Po. lib. 1. c. 12. et c. 68. item & causæ, in quibus de reuocatione alienationum simulatarum ageretur, lib. 1. c. 74. quarum causarum priuilegium traditur per tex. glo. et docto. Cle. sæpe de uerb. sig. siquidem expedientur sine libello, litis contestatione, ac ceteris solemnibus iudiciorum, ut ibidem prosequūtur docto. maxime Inno. et Car. ac etiam Pap. in præalleg. libell. actio. real. uer. summariæ, late per Bar. d. extrauag. ad reprimen. uerb. figura, cū concor. Iuramentum tamen calumniæ non

 remittitur

remittitur si petatur, ut notant docto. praefati. & sequitur praefat. Pap. ubi proxime nu. 7. per Bar. d. uerb. figura circa med.

4 Tertia est causarum summariarum species, in qua proceditur iuris sollemnitate omissa: sub qua specie rediguntur a statuto omnes causae mere possessoriae & interdictorum; & omnes causae, quae iure communi summariae sunt, circa quas nihil statuta disponunt lib. 4 c. 6. iuncto. lib. 1. c. 52. ibi nec alias iuris sollemnitates obseruare: Item causae alimentorum li. 1. c. 78. de quibus paulo infra, suo tit. dicam: itē repetitionis expensarum post rē iudicatam, si illarū condēnatio fuerit in sententia omissa, li. 1. c. 98. de quibus infra, tit. de expensis. itē si fideiussor, aut expromissor à mandatore aut reo debendi, liberari uel sibi alium indemnitatis fideiussorem dari petat, lib. 1. c. 104. quod petere ex eo statuto potest, etiam quod principalis conditionem suam non deteriorauerint, uel ipse fideiussor condemnatus non sit, aut quod diu in obligatione non steterit, licet iure communi cōtrarium sit. l. si pro ea cum nota. C. manda. itē si emptor petat rem emptam exonerari, uel a molestiis liberari lib. 1. c. 112. item etsi communis rei diuisio petatur, lib. 1. c. 132. uel si quis in diuisione facta petat se etiam dato fideiussore, contra inquietantes manuteneri,

lib.

lib.1.c.136. item si quis a non habente potestatem carceratus, se uel eius fideiussorem, liberari, & fideiussoré seu obligationem extortam; uel instrumentum per uim & metum celebratum, aboleri & cancellari petat, li.1.c.73. itē si duo interdicto retinendæ possessionis contendant: quo casu statutum etiam specialem procedendi formam dedit lib.4.c.25. de qua infra separatim: Quarum
5 quidem causarum priuilegium ultra suprascriptarum priuilegium, quod est etiam istis commune, traditur per Bar.l.filius familias .ff.de dona. et ibi Imol. per eundem Bar.Bal. Alex.et Ias.l.milites C.de mil.testa.per Abb. Feli.Areti.et Deci.c.dilecti filii extra de Iudi.Tollitur siquidē omnis sollemnitas iuris ciuilis, & remanet quæ sunt de iure naturali, uel gentium; Bar.d.l.filius n.4.Feli.d.c.dilecti n.3.Deci.ibidem n.4. Et propterea poterit Iudex testes sine iuramento recipere,& illis fidem adhibere, Bar.d.l.filius nu.5.Roma.cons.20. uiso puncto Ancha.d.Cle. sæpe Alex.d.l.milites.n.6.et est communis secundum Feli.d.c.dilecti.nu.5.Non tamen parte absente, ut dicit Bar.ibidem. Nam citatio non remittitur,neq. hoc neq. sequenti casu, qui magis etiam priuilegiatus est,Feli.d.c.1. nu.52. de consti.Deci.d.c.dilecti, ante num. 5.de Iudi. item & testes, qui iure ciuili sunt

inhabiles, si iure naturali uel gentiũ inhabi les non sint, hoc casu recipientur, Bar.d.l.fi lius nu.6.Abb.et Feli.d.c.dilecti. Vtrum autem festis diebus in honorem dei introductis procedi posset, Bar.d.l.filius nu.5.tenuit posse, quem sequitur Ancha.d.Cle.sæpe Ang. d.l. milites Roma.in repet.rubr.ff. de arbi. ques.18.uer. an hoc casu, contrariam sententiam tenuit Roma.d.l.filius & ibi Imol.& Alex.d.l.milites nu.5.nisi statutum ulterius procederet, pro ut in sequentibus casibus factum fuisse demonstrabo. Hos sequitur Papien.in d. sua prati. in forma libelli realis, uerb.summariæ, tenens idem de feriis repentinis causa principis, n.5.et 6.& cum istis, Feli.d.c.dilecti.n.4. et cum Alex.d.l.milites uidetur ibi Ias. in pr. et Deci.d.c.dilecti col.3. uer.2.infertur, & ita usu quoq. receptum est.

6 Quarta est species causarum summariarum, in qua non solum præmissis priuilegiis, sed etiam sola facti ueritate inspecta proceditur, sub qua includuntur causæ in quibus de summa uiginti quinq. ducatorum uel re ualorem prædictum non excedente agitur; item causæ pensionum Casalium, prædiorũ, pretii herbarum, & domorum, responsionũ uinearum, & mercedis, cuiuscumq. summæ & ualoris existant, lib.5.c.2.item causæ forensium, id est aduenarum districtualium, cle

ricorum

ricorum & curialium, qui forum rei sequun tur lib. 4.c.4.quo in loco æqualitas in proba tionibus seruari præcipitur, quod est non modici momenti per ea quæ supra dixi de priuilegio, probationũ in tertia spetie sum mariarum. Harum quippe causarum, de qui
7 bus loquimur, maximum est priuilegium. nã ultra priuilegia tribus supra scriptis spetie bus attributa, poterit condemnari reus, quamuis in petitione una causa esset expres sa, & alia probata Deci. d.c. dilecti ante nu. 4. post Anto. de but. et Alex. ubi per eum, item & in alio quam sit petitum, condemnatio fie ri poterit, Ias. l. uinum col. 15. ff. si cer. pet. dũmodo aliqualiter petitio cõgruat, Gram ma. deci. 19. nu. 6. Nam hoc casu latiores ha- bet habenas Iudex, quam superioribus habe ret, Ant. de But. c. 2. in 5. nota. de iur. calum. Rom. cons. 20. uiso puncto ad fi. Feli. c. olim nu. 7. de accusa. et c. 1. col. 17. uer. et si dicatur de constitu. poterit siquidẽ manu regia uti, Bar. in d. extrauag. ad reprimen. uerbo uide bitur prope fi. Ias. l. certi. §. si nummos, n. 33. ff. si cer. pet. Item ex persuasiuis probatio nibus motum animi sui informare, et iudica re, Ias. ibidem n. 32. Deci. post Bal. et Aret. d. c. dilecti. filii. ante nu. 4. item & poterit iu dicare, sicut & Deus esset iudicaturus, Grãm ma. deci. 62, n. 31. et deci. 19. n. 4. et sequẽn.

post Georg. natā in repet. Cle. sæpe de uerb. sig. et Claudium de Seisello d. beneficium. C. de consti. princ. et Bal. quē corrupte allegat Gramma. qui hoc tenuit. l. fi. in fi. princ. C. de iur. delibe. et est commu. opi. ut dicit Deci. d. c. dilecti n. 3. circa med.

Quinta & ultima causarum summariarum species a statuto nostro considerata est, in qua non tantum sola facti ueritate inspecta, sed etiam si iusta subsit causa extraiudicialiter, & omnibus horis etiam diebus festis, arbitrio iudicantium procedi potest, sub qua specie sunt causæ censuum, canonum, & locationum quarumcumq. in quibus de iure non potest quæstio dominii uel possessionis referri, de quibus per Bar. et Sali. l. si quis cō ductionis cum concor. C. loc. item causæ Hospitalium, miserabiliumq. personarum & omnes causæ quæ de iure celeritatem desiderant, lib. 4. c. 5. et c. 4. et lib. 5. c. 55. item & causæ mercedum & miserabilium personarum lib. 5. c. 55. in fi. Harum causarum priuilegiū ultra suprascripta, est apertum ut procedatur singulis horis, extraiudicialiter & diebus festis, quod ultimum ut dixi in tertia specie nisi expressum esset ex receptiori conclusione fieri non posset.

9 Vtrum autem appellatione miserabilium personarum uiduæ diuites & pupilli diuites

ueniant,

ueniant, (nam de pauperibus non dubitatur ut tenent omnes l.1.C.quan. Imperator inter pupil.et uid.) uideas per Alberi. in di cto.uerb.miserabilis, & late per Neuizza in sil. nupti.§.in dubio quo modo iudicandum a n.27.usq. ad 36.qui & de mercatoribus iti nerantibus & de pauperibus differit.

10 In uno quoq. tamen actu ex suprascriptis citatio & notificatio partis requiritur, nam hæc nullatenus remittitur, ut.s. dixi ex Feli.d.c.1.n.52.de consti.et Deci.d.c. dilecti ante nu.5.de iudi.

Generalis forma procedendi in summariis. Cap. II.

VT igitur procedendi modum in summariis generaliter tradam qui colligitur ex statutis lib. 1.c.52.et lib.5. c.2.(nam & singulariter de aliquibus tractare propono)dico quod in primis citãdus est
1 reus ad respondendum petitioni primo pro prima & nuntii relatione data cõtumaciaq. accusata actor petat quæ sibi deberi prætendet, & ex tunc iudex mandabit aduersarium citari pro secunda, quod decretum, etiã quod iudex non interloquatur ab actuariis apponi consueuit.

2 Citatio hoc casu, quamuis in scriptis solẽniter nõ redigatur, sufficiet; si modo, corã quo, in qua causa ad quẽ actũ,& ad cuius instantiã continebit,& mandatarius si nõ personaliter reum appehenderit, citationis copiam uel in ostio affixam, uel in manibus domesticorum reliquisse attestetur, ut supra de citatione tradidi, & est expressum lib.1.c.40.lib.4.c.3.et lib.5.c.4.nam non sufficeret si copiam non relinqueret, reo personaliter non apprehenso.

3 Verbalis petitio in actis per Notarium redacta, sufficit Bar.d.extrauag.ad repri.uerb: figura uers.item an requiratur petitio, docto.omnes d.cle.sæpe de uerb.sig.et cauetur expresse dictis statutis lib.1.c.52.et lib.5.c.2

4 Si neç ad secundam, nec ad tertiam citationem

tionem compareat reus iudex in tertia decernet, & relaxabit mandatũ executiuum, cum quo fiet executio realis, ut prius tamen incipiat a mobilibus, & se mouẽtibus.l. a diuo pio.§.in uenditione.ff.de re iudi.dum modo non capiat prohibita si alia sint.l.obligatione generali cum sequen.ff. de pign. Ne gusan.in tract.de pign.in 2.memb.2.par.ubi late & ego inferius suo loco prosequar.

5 Et licet, executione nondum facta, quandocumq.reus comparuerit, & suam contumaciam per refectionem expensarum purgauerit, mandatum reuocari debeat, & res ad terminos litis contestatæ reducatur, tamen
6 si post factam executionem compareret, executio non reuocatur, nec bona ablata restituuntur nisi de iudicio sisti, idoneæ cauerét.c.quoniam frequenter.§.in aliis, extra ut lite non contesta. Ias.l. sciendum col. 2. uers.2.limita.ff.qui satis. cogan.

7 Quod si reus litem contestetur, Actor, si maluerit negotium iureiurando terminari, iusiurandum ipsi reo offerre poterit, qui aut iurare, aut referre, aut soluere cogetur, ex prædicto statuto lib.1.c.52.quod & iuri consonum est .l.manifeste cum nota.ff. de iure iuran.

Et ex hoc statuto tollitur quæstio, numquid, si actor nihil de sua intentione probauerit,

uerit, reum ad iurandum uel referendum cogere possit; aut eo casu omnino reus absoluendus sit, de qua d.l. manifeste ubi Ias. latissime & per Hippo. sing. 83. in ore uulgi.

8 Sed stat difficultas, quid si actor, spreta religione iuris iurandi, uiam probatoriam elegerit, & in termino præfixo suam intentionem non iustificauerit, numquid possit ad iuris iurandi religionem redire. & quidem pro utraq. parte sunt magnæ auctoritatis uiri, communior tamen conclusio uidetur esse, ut non liceat, per tex. qui uix cauillationem recipit l. si quis iusiurandum in prin. C. de rebus credi. ibi absurdum est enim cum desperauerit aliam probationem, ad religionem conuolare, de quibus abunde per Boe. dec. 95. ubi relatis doctoribus utraque opinionem tenentibus, dicit hanc esse commu. licet asserat per suum consilium aliter fuisse iudicatum, & hoc satis etiã aperte innuit statutum nostrum d. lib. 1. c. 52. ubi post lapsum termini mandat iudici ut causam per se ipsum expediat, contentus in principio & actori & reo. electionem iuris iurandi dedisse.

9 Si uero actor suam intentionem per testes, uel aliunde quam per iusiurandum probare maluerit, iudex terminum utrique parti (si altera partium petierit) dierum utilium

quinque

quinque præfigere debet ex eodem statuto lib.1.c.52. intentione autem probata citabitur reus illiusq. procurator, si aliquis in ea causa fuerit constitutus, ad uidendum rela-
10 xari mandatum, illiusq. contumacia accusata Iudex mandatum relaxabit, neque hoc cāsu sententia in scriptis requiritur, auctentica nisi breuiores cum nota.C.de senten. ex breui. recitan. Alex.l.milites nu.9.C. de mili.testa.

11 Quod dixi procuratorem citandum in relaxatione mandati, uelim intelligas me dixisse, ut te tironem admoneam, ut potius cautela abundes, dum res est integra. Ceterum putarem hoc casu utriusq. scilicet procuratoris & domini citationem nō requiri; quia in istis summariis, ut dixi supra in tertia summariarum specie, omnis sollemnitas iuris ciuilis sublata est; et remanent tantum quæ iuris naturalis sunt ex senten. Bar. Feli. Decii & aliorum ibi relatorum: & tamen dubium non est iure nostro municipali adinuentum esse, utrumque citari debere, sumpto argumento ex.l.i.cum not.C. de senten.Cui conclusioni ut utriusque citatio nō requiratur adstipulatur quod dicit Ripus post Alex. in rub.ff.de re iud.nu.14. tradens omnem sentētiam in causa summaria appellari interlocutoriam & rursus quod ibi traditur

ditur per omnes sub nomine sentētiæ in statutis interlocutorias non contineri.

12 Nec omitto quod statutum disponens dominum & procuratorē citari debere, quod est lib. 2. c. 4. de definitiua haud dubie sensisse uidetur dum ponit eā citationis formulam, qua in definitiuis & ordinariis utimur.

13 Ex his alia quoque oritur limitatio ad ea, quæ dixi supra de in ius uoc. uer. quid si procurator dum dixi in intermediis iudiciorum citandum esse procuratorē cum quo lis est contestata & non dominum quoniam illud intelligendum est in aliis quam summariis causis in quibus iuris sollēnitate omissa procedendum est ut proxime dixi quoniam in his sufficit uel dominum uel procuratorem citasse ut dicit Bar. in extrauag. ad reprimē. in uerb. figura prope fi. quem sequitur Comens. l. furioso. ff. de re iudi. & Rom. l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de uerb. oblig. Et licet Bart. opi. uideantur aliqualiter impugnare Alex. & Ias. d. l. furioso quo ad quæstionem an non citato & absenti ius sententiæ fauorabilis quæratur tamen in suprascripta opinione cum Bar. transire uidentur quem in hoc non impugnant.

14 Iuramentum calumniæ si altera partium petierit omittendum non est ut dixi supra in secunda spetie causarum summariarum nisi in

in casibus a statuto expressis lib. 5.c.2. qui sunt in causis a 25.ducat. infra, ac pensionibus casalium, prædiorum, pretii herbarum, & bonorum, responsionibus uinearum, & mercedis, cuiuscumq. summæ & ualoris existant, in quibus est expresse remissum.

15 Publicatio testiũ peti poterit, & testes ex aduerso inducti reprobari, ut infra de causa possessorii & interdictorum uers. publicatio, & supra de testimoniorum publicatione in ordinariis.

16 Ab ea relaxatione mandati nisi agatur de summa infra decem (de quo tamen infra) appellare licebit, & propterea, durante tempore ad appellandum, executio nõn fiet, quia facta si postmodum appellaretur, per uiam attemptati ueniret reuocanda. c. nõ solum de appella. in 6.

17 Via quoq. monitorii prædicta expediri poterunt ex statuto lib. 5. c. 2. fiet enim in scriptis præceptum a Iudice reo ut infra triduũ sub pœna soluat uel impleat, quæ per actorem prætenduntur, cum clausula tamẽ, quod si quis se grauatum senserit compareat iustitiæ complementum recepturus; quibus diebus elapsis citato reo ad uidendum se declarati incidisse pœnas in monitorio cõtentas, & loco pœnarum decerni mandatum executiuum pro re uel summa in ipso contenta, & illius

illius contumacia accusata, iudex interloquendo, mandatum relaxabit cum intimatione, uel sine, prout ei magis ex causarum & personarum qualitate uidebitur expedire, in reliquis uero si actor neget procedetur, ut supra proxime dixi

18 Hoc in loco sciendum est, quod reo comparente, monitorium resoluitur in simplicē citationem, & contenta in eo non sunt loco petitionis, sed articuli qui postea dantur (si uia probatoria eligatur) erunt petitionis loco, & propterea deberet in eis clausula quibus ueris existentibus apponi, ut dicit Paris. cons.113. monitorium uolum. 4. sed ipse de stilo Roma. Curiæ & in eo reo qui nō negauerat contenta in monitorio loquitur, nos autem statuto innitimur qui formulam tradidit d. lib.5.c.2. ideoq. putarem etiā absq. ea clausula quæ loco petitionis fit & absque articulis, processum sustineri posse.

19 Prædicta de reo negante dicta sunt: ceterum si reus compareat & actoris intentionē confiteatur, si terminum ad soluendum petierit, dierum octo indulgetur ex statuto li.1 c.57. quamuis ut plurimum detur dierum decem ex glo. & Bar. l. si debitori ff. de iudi.

20 Meminisse autem oportebit instantiam causæ huius annalem esse ex statuto lib.5.c.3 qui annus incipit ex eo die quo is habetur

pro contestata, is est in istis summariis dies, in quo de meritis causæ tractari cœptũ est, ut dixi supra lib. 2. de instantia uers. dixi, ibi uideas.

De causis possessoriis & interdictorum Cap. III.

Petitio in causis mere possessorijs & interdictorum quo modo formetur & exhibeatur n. 1
Petitorium concernentia numquid possint deduci in possessorijs remissiue n. 2
Instantia causarum interdictorum & possessoriarum annalis est n. 3
Publicatio testium potest peti in causis possessorijs & interdictorum n. 4
Appellare non licet in causis mere possessorijs & interdictorum nisi in casibus remissiue notatis n. 5

1 SEd quoniam in causis mere possessoriis & interdictorum, quæ sub tertia summariarum specie continentur, ex statuto lib. 4. c. 6. petitio in scriptis dari, & causæ ipsæ per sententiam decidi ex præscripto quodammodo curiæ stilo consueuerunt, ideo in causis præmissis formãda erit petitio secundum subiectam materiam, ut dixi supra de libello in causis ordinariis,

crassiore

crassiori tamen Minerua formata sustinebitur propter summariam naturam eidem a prædicto statuto attributam, ut dixi supra de causis summariis uers. tertium, qua formata citandus erit reus iuxta formam citationis supra traditæ in productione libelli in causa ordinaria, reproductaq. citatione & admissa petitione, absq. alia litis contestatione dandi erunt articuli, & uerificanda extrema, quibus uerificatis instabitur pro sententia, parte citata, iuxta formam citationis ad sententiam in ordinariis supra traditam, terminus autem dierum quinq. utilium ad probandum utriq. parti, si altera partium petat præfigetur, ex statuto de summariis loquente lib.1.c.52.

2 Numquid aliqua petitorium concernentia deduci posśint uidebis infra titulo, si plures eandem rem posśidere contendant uers. uerba statuti.

3 Instantia tamen in istis cum in ceteris omnibus summariis, ut paulo ante dixi, annalis est ex prædicto statuto lib.5.c.3.

4 Publicatio testium peti poterit tum in ista cum etiam in quibusuis summariis & quorumuis interdictorum, si enim dicta testium nõ publicarentur impugnatio auferretur & defensio, Bar. in extrauag. ad reprimẽ. uerb. figura uers. & an requiratur publicatio, & ex

conſequenti teſtes ad reprobationem pote runt induci & examinari iux.c.præſentium. §.teſtes de teſti in 6.quod in iſtis ſine dubio procedit,ut colligi licet ex diſputatis per Capici.Deci.55 in cauſa magnifici, licet ſecus eſſet in cauſa retinendæ de qua Paulo infra uerſ.ſub eadem tertia.

5 Appellare autem hoc caſu non licet iure ciuili (quod in hoc foro ut ſæpius dixi ceſſante diſpoſitione ſtatutaria attenditur) ex ſententia Bar. et Bal. et aliorum l.1.C.ſi de momen.poſſ.fuerit appella.quod intelligunt aliqui ad effectum ſuſpenſiuum, ideſt ut executio ſententiæ impediatur, ſed ad effectum deuolutiuum ut ſcilicet facta executione poſſit cognoſci per Iudicem ad quem utrum bene uel male fuerit iudicatum, hoc non prohibetur Afflic. Deci.269.Iudices, Paris. qui eum ſequitur conſ.108.n.20.uol.1. ſed hoc an uerum ſit uidendus erit Deci.l.1.nu.6.C. de bono. poſſeſſ.ſec. tab. is enim atteſtatur magis commu.teneri, nullo modo appellari licere, & hoc iure utimur. dat tamẽ ſex notabiles limitationes ad hanc concluſionẽ quas ibi uidebis cui addes in prima limitatione de mixtura, quæ dixit Bal.cõſ.141.col.fi.lib.1 Sæpius per dominos de Rota approbata & quæ ipſemet Dec.dicit conſ.28.n.2.

Si fide-

Si fideiussor se eximi ab obligatione petat Cap. IIII.

1 Si fideiussor se a fideiusione eximi, uel alium indemnitatis fideiussorem sibi dari petat non solũ præmisso sed etiã alio breuiori modo sibi ex prædicto statuto lib.1.c.104. consulitur, siquidem habito instrumento in publicam formam ubi de fideiusione constat, citari faciat reum ad uidendum productionem certorum iurium & actorum dicendum contra uidendum admitti iurare testes super illorum recognitione quatenus opus sit, & ad eximẽdum infrascriptum instantem a fideiusione pro aduersario facta, in fauorem Sempronii, seu dandum alium fideiussorem indemnitatis iuxta formam statutorum. alias uidendum contra ipsum decerni & relaxari mandatum. Qua

citatione executa, & relatione per nuntium facta, & contumacia accusata, producetur instrumentum, & testes qui recognoscant inducentur, & iudex mandatum relaxabit, nisi ad primam uel secundam uel etiam si sibi uidebitur nisi infra decem cum intimatione uel sine eius arbitrio & ex tunc reo cessante, executio fiet realis siue personalis donec reus impleuerit prædicta, ex præallegato statuto lib.1.c.104.

2 Istud statutum exorbitat a iure communi. nam fideiussor talem exemptionem iure cõmuni petere non potest, nisi uel ipse condemnatus fuerit, aut diu steterit in obligatione uel si obtulit consignauit & deposuit debitũ aut quarto si hoc actum sit, seu quinto si debitor sua bona dilapidet, ut notatur.l.si pro ea.C.manda.et.l.Lutius Titius.ff.manda. Afflic.Deci.241.quidam Notarius nu.3.uers.2. quæritur, item uel sexto nisi fideiussor pure forma guarantigiæ uel alia quæ haberet executionem paratam, obligatus esset, Cin.et Bal.l.certũ.C.fam.hercis.Ale.cõs.58.n.6.uo.6.et cõs.72.uisis uo.2.et.l.frater a fratre co.2 uers.si esset condemnatus.ff.si cer.pet.Hipp. in Rub.de fideiuss.n.293.et 295.uers.trigesimo nono quæro, & nu.216.uers.31.quæro, Quamuis contrarium tenuerit Benedic. de Barzis in tracta. Guarantigiæ in 6.par.2.par.

principa.

princip.quem sequi uidetur Cur.Iun.l.si ego nu.4.ff.si cert.pet. Imol. c. ult. de fid. 2a col.

3 Circa istud statutum dubitatum aliquando uidi, utrum locum habeat in fideiussore, qui de euictione promisit, idest an is se eximi a fideiusione uel alium sibi fideiussorem indemnitatis præstari petere posit? & non esse locum statuto nostro hoc casu tentum fuit, ea ratione quia fideiussor euictionis ante secutam euictionem nõ dicitur in obligatione stetisse, Bar.post Iac. de Are.Cin. & alios.l.facere ad si ff.sol.mat. & ibi sequitur Alex.qui alios cumulat in prin ubi etiam tractat quid in casu in quo fideiussor loco fideiussoris dari debet per Reum, si creditor alium recipere non uelit, & opi. Bar. sequitur Affli. Deci. 241. quidam Notarius nu.3 uersi.secundo quæritur.

Si plures contendant se eandem rem posidere Cap. V.

Possidere si plures certent quo modo procedendum sit n. 1

Iudex altercantibus partibus super possessione seu retinendæ interdicto, possessionem ad se auocare debet n. 2

Terminus quinque dierum utilium auocata possessione præfigi debet n. 3

Succumbens in iudicio retinendæ ad cauendum de non turbando iure isto cogi debet. ibid.
Possidere altero ex altercantibus constituto, succumbenti terminus ad agendum præfigi debet. ibidem
Appellare non licet a sententia in possessorio retinendæ lata n. 4
Publicatio testium in interdicto retinendæ peti potest, licet reprobari non possint. n. 5
Petitorium concernentia in iudicio retinendæ iure isto et communi probari possunt & probasse multum refert. n. 6

1 SVb eodem tertio capite summariarum causarum cõtinentur etiam causæ possessorii quodammodo retinendæ lib. 4 c. 25. scilicet cum plures se certant eandem rem possidere. Dixi quodammodo quia hoc interdictum proditũ a statuto. differt in aliquibus ab interdicto retinendæ, ut refert Capici. Dec. 13. circa princ. Istud autẽ remedium principaliter adinuentum est ne partes ad arma deueniant, ut refert idem Capic. ibidem de men. Butrii Bal. Ias. & aliorum relatorum per ipsum in dicta Deci. 13. & in Dec. 55. in causa Magnifici & tenuit Bal. l. ordinarii n. 9. C. de rei uend. & quia ciuilis & naturalis ratio suadet ut antequam de dominio aut de possessione cognoscatur, terminetur

mineturuter ex colligatoribus partes actoris & uter rei sustinere debeat.§.retinendæ insti.de interdic.

Cũ igitur casus euenit, & altercando siue preuiis monitoriis de non turbãdo, siue inhibitionibus de nõ accedendo ad possessionem, aut quouis alio modo ad iudicem de-
2 uentum fuerit; iudex sequestrata aut penes se ipsum auocata possessione rei de qua litigatur, (in quo tamen actu requiritur causæ cognitio & partis citatio Ang.conf. 107. Iacobellus & Lucas, in fi. Franc.Cur. in tract.
3 sequest. par. 1. n. 11) Iudex ipse terminũ quinque dierum utilium ad probandum utrique parti statuet, quo elapso illum qui melius & aptius de actuali possessiõe & iure docuerit, in possessionem manuteneri mandabit., ac etiã manu militari adhibita, manutenebit, cogendo etiam aduersarium ad cauendum de non turbando sub certa pœna, eoq. possessore & reo constituto, terminum duorum mensium actori ad agendum possessorio recuperandæ, siue alio remedio uel interdicto sibi a iure uel statuto prodito præfiget, quo elapso si agi cœptum non fuerit, actori illi quo ad possessorium perpetuũ silentium imponet, sin autem agi cœptum fuerit causam intra dies uiginti expediet, hæc ex prædicto statuto lib.4.c.25.non tamen minor instãtia erit

V. Castr. 3 Vol. [illegible]

erit quam annalis ut ſupra pluries dixi ; & ab hac ſententia retinendæ poſſeſsionis non licebit appellare ut in dicto ſtatuto exprimitur ad finem.

5 Publicatio teſtium peti poterit, licet eorum dicta reprobari non poſsint, quia iudicii natura hoc non patitur, ut dicit Capici. in cauſa Magnifici Dec. 55

6 Verba ſtatuti noſtri ibi qui melius aptiuſq. de poſſeſsione & iure eius docuerit, non ſine effectu appoſita fuerunt, ſiquidem uoluerunt quod in termino quinque dierum, litigatores non ſolum probationes actualis poſſeſsionis, ſed etiam iuris & proprietatis facere poſſent: de quo uidi alias Iudices dubitantes, quod tamen etiam circum ſcripto ſtatuto eſt iure communi expeditum, & ſummopere prodeſſe poſſet, quando in tempore numero & auctoritate probationes poſſeſsionis eſſent ab utraq. parte pares. tunc enim probanti de dominio poſſeſsio reſtitueretur, ut dicit Bar. l. ſi co. ſi. uer. ſi uero uterq. probauit. C. uti poſsi. et. l. ſi de eo. §. fi. ubi dat cautelam, quod ille qui timet de dominio ex aduerſo probari, det articulos & probet aduerſarium non ſolũ clam ſed etiam clam ab ipſo, poſſediſſe. ff. de acqui. poſ. Bal. d. l. ordinarii nu. 10. C. de rei uend. Afflic. deci. 7. per totũ, ubi dicit prodeſſe in quocũq.

iudicio

iudicio possessorio, per reum articulum dominii produci, & admitti debere, licet illius cognitio in fine causæ reseruetur, præsertim si adhibeatur clausula saluo iure impertinentium, de qua ibi in additione: quæ reseruatio ex statutorum nostrorum dispositione necessaria nõ est lib. 5. c. 49. neque hæc repugnant cum his quæ dixi supra de admissione articulorum uer. qua in re, quoniam ibi de omnino impertinentibus, hic autem non esse omnino impertinentes ex sentẽtia suprascriptorum doctorum apparet.

De causis a decem scutatis infra a quibus appellare non licet Cap. VI.

Appellare non licet in causis a decem infra ex priuilegio Pauli Papæ Tertij n. 1

Quod intellige in causis pauperum & miserabilium personarum. ibid.

Annuæ præstationes etiam infra decẽ non comprenduntur in prohibitione de non appellando a decem infra si quæstio sit an debeantur n. 2

Annuæ præstationes an ut mobiles uel immobiles iudicentur n. 3

Summæ diuersæ si una eademq. actione debeantur coaceruantur ad effectum cognoscendi si appellare liceat uel non n. 4

1 C Ausæ a decem scutatis infra, licet cõprehendantur sub quarta summariarũ specie & in illis procedatur quẽadmodum in summariis procedi proxime dixi, nihilominus specialiter per rescriptum Pauli iii. Pontifi. Maximi in earum fauorem introductũ est, ut in eis appellare nõ liceat. Quam quidem constitutionem ueram esse intelligo in causis pauperum & miserabiliũ personarũ, prout ibi exprimitur, dicit enim supplicatio & ut facilius causæ pauperum miserabiliumq. personarum apud dictum Senatorem & eius iudices cognosci posƒint, iuxta formã dictorum statutorum dignetur S. V. decernere & mandare quod a summa scutorum decem infra, ipsi Senator & Iudices procedere & terminare habeant sola facti ueritate inspecta & sine extractus confectione, & deniq. etiam in omnibus & per omnia prout Gubernator Vrbis in similibus procedere solet &c. in his igitur causis & personis, in quibus ratio dispositionis cessat, dispositionem quoq. cessare censendum arbitror, l. adigere §. quamuis. ff. de iur. par. l. cum pater §. dulcisƒimis de leg. 2. l. nomen filiarũ de leg. 3. cum simi.

2 Rursusq. eam dispositionem locum non habere credidi etiam inter personas cõprehensas, in annuis præstationibus, scilicet quoties

ties de ſolutione alicuius annui cenſus agere tur, licet ipſa ãnua præſtatio eſſet infra ſum mam decem conſtituta, & hoc ſi in dubium reuocatum fuiſſet, utrum deberetur, uel ſi ageretur ut quis ad eam ſoluendam ſingulis annis in futurum condemnaretur, quoniam eo caſu hic redditus ſeu aunua præſtatio iu
3 dicaretur ut res immobilis, & quid perpetuũ ut latiſsime congerit Tiraquell. in tracta. de retraict. lignagier, in §. 1. in glo. 6. a n. 3. uſq. ad nu. xi. etiam ſi adeſſet pactum de retrouẽ dendo, ut ipſe declarat ibidem n. 8. et æſtima ri deberet ad rationem quinq. pro centena rio, uel ad ſummum decem, ſecus autem ſi non refricaretur dominii quæſtio, ſuper di cta annua præſtatione, ſed reus uel ſolutio nem uel quid tale allegaret, quoniam eo ca ſu poſtquam dies ceſſerit, is redditus ut res mobilis ceſſeretur, ut ipſe Tiraquell. ampliſ ſime declarat, ubi ſupra nu. 10. uerſ. ſecundo principaliter limita, poſt Bal. Soci. Rip. & Al cia. ubi per eum & ex conſequenti ſub dicta cõſtitutione (ſi modo perſonæ eſſent de illis) comprehenderetur.

4 Sed quid ſi petantur octo ex cauſa uendi. uini, & ſex pro pretio frumenti pariter uẽdi ti, & condemnatio ſequatur, utrum & hoc caſu appellare liceat, & quamuis diuerſæ ſint ſummæ, quia tamen unica actione exempto petuntur,

Annua ... cens... mobile.

petuntur, appellari posse tenuit Io. de ferra. in tracta. de appella. n. 153. per l. si qui separatim. §. si quis cum una actione ff. de appel. facit quæ dicit Rui. consl. 12. n. 40. uol. 3.

De causis mercedum Cap. VII.

Mercedum causæ priuilegium n. 1
Opere ad mensuram uel æstimationem proprijs calce & cementis facto andicatur causa mercedis n. 2
Salaria artiũ quæ ingenio præficiuntur remis n. 3

1 MErcedum quoque causæ (quæ & ipsæ sub quarta summariarum causarum specie complectuntur) aliud etiam speciale priuilegium sibi ex præscripto curiæ stilo uendicarunt, ut reus (si de summa a decem infra agatur) non nisi facto deposito audiatur, ad quod faciendum unica citatione monitus, & intimatione secuta, captis pignoribus coercetur, nec ante audietur quam depositum fecerit, uel, ut dictum est, realis executio facta fuerit. Si uero de summa maiori agatur, ad deponendum uel cauendum cogitur. Hoc autem adinuentum fuit, ut causæ huiusmodi, quæ ut plurimum pauperum sunt personarum, & sudorem uultus uel ingenii solertiam

ſolertiam habent annexam, celerius & facilius expediantur.

2 Sed circa hanc mercedis cauſam dubitatum quandoq. uidi, quid ſi architector, ſiue faber, ut ſæpiſsime euenit, domum ſiue illius partem ſuis calce, cementis, & operibus pro certa mercede ſiue auerſione, ſiue ad menſuram, ſeu etiam ad æſtimationem conduxerit, utrum & illius cauſa mercedis cenſeri debeat? & quidem ſi in ſolo meo inſulam tuis cementis & operibus ædificandam locauero, uel unico pretio, uel pretio certo in ſingulas menſuras, quas cannas hodie appellant, conſtituta; erit locatio & agetur locati & merces dicetur, & depoſitum, ut dixi, fiet, quia hoc principaliter agitur ut factum præſtetur, licet ſecundario ueniant & cementa: at ſi de pretio æſtimando actum fuerit, tunc non competet actio locati, ſed præſcriptis uerbis & ex conſequenti depoſito locus non erit. hæc ex. l. item ſi pretio. §. cum inſulam. ff. loca. & ex Bar. & Caſtren. l. 2. §. adeo eo. tit. locati. Bal. l. contractus col. 3. uerſi. quæro de ſecunda perfectione. C. de fide inſtr. Ale. ad Bart. d. l. 2. §. adeo. ff. loca. ex quibus ad ſimilia facile extenſio fiet.

3 De ſalariis autẽ artiũ quæ ingenio perficiũtur, habetur. l. i. §. ludi. ubi Bart. ff. de uar. extraord. cogni. & per Ale. ubi proxi. dixi.

De

De causis alimentorum Cap. VIII

A Limentorum causæ summariæ sunt in pri. summariarum cap. li. 1. c. 49. itẽ & in 3. lib. 4. c. 6. iuncto lib. 1. c. 52. nã cum istæ alimentorum causæ iure communi summariæ sint Bar. l. mela. ff. de alimẽ. & ciba. lega.

lega. Caſſado. de mutuis petitio. decif.1. in pri. ex dictorũ ſtatutorum diſpoſitione ſub dicto tertio cap. rediguntur ex libr.1.cap. 78. ad fin.

Iniſtis igitur ut ſupra in generali forma procedendi in ſummariis tradidi, procedetur.

Hæc uelim intelligas in aliis perſonis,quã in enumeratis lib.1.c.78. qui ſunt maritus, uxor, pater, filius,nurus, & reliqui ibi nominati, quoniam in illis,procedendi modus ſatis apertus traditur ex eo ſtatuto.

2 Sed & ſi alimenta, dotium occaſsione debeantur, quarum dotium ſint inſtrumenta celebrata, etiam uia executiua peti poterũt,ut dixi ſupra de execu.inſtru.Dota.uerſ. pro alimentis, ſic quoque ſi ex teſtamento debeantur, uia executionis teſtamenti, de qua ſupra, ſi id magis expediens uiſum fuerit petentur.

3 Hæc autem alimẽta tam pro uiduis quam pro maritis qui matrimonii onera ſuſtinent, taxata ſunt, ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario lib. 1.c.78.uerſ. alimenta & lib.4.c.20. Quod ſtatutum ut dixi ſupra de executione inſtrumentorum dotalium uerſ.pro alimentis & ſeque.in magna æquitate fundatum eſt, ut dicit Alex cõſ.31. nu. 5. uol.6. circumſcripto autem ſtatuto

S quid

quid esset tenendum, quia sunt opi. uidenda erit Deci Afflic. 284. ubi rationabilis & notabilis distinctio. Numquid autem ex eo statuto alimēta taxante inducatur actio siue condictio ad petendum, uisendus soci. quod non consi. 126. uol. 1. in fi. et 180. col fi. uol. 2. Ias. l. de quibus col. 17. ff. de legi.

4 Reliqui uero quibus alimenta debentur taxatam summam a statuto nō habent, ideo iudicis arbitrio utentur.

5 Subnectam tamen circa alimenta, quæ dotis contemplatione debentur, aliquas quæstiones, quas uidi de facto, & primo a quo tempore uiduæ, hæc taxata alimēta debeantur, & quidem uidebatur a die obitus mariti uel saltem elapsis sex mēsibus datis a statuto lib. 1. c. 77. ad dotem repetendam, de quibus statim dicam qui miserationis gratia in locum anni de quo in. l. unica. §. exactio. C. de rei uxo. actio. a statuto subrogantur, deberi. cum eo termino elapso hæredes mariti uideantur in mora restituendi, argumen. l. fin. . §. pe. C. de iur. dot. sed tamen a die petionis per uiduam fiendæ deberi resolutum uidi, ex uerbis statuti ibi, si uero alimenta petantur per uiduam &c. quia statutum non exprimit nisi casum petitionis & propterea omissus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissime cūconcor. ff. de lib. et postu.

statutum

ſtatutum ſiquidem qualitatem petitionis re quirit & propterea illi locus aliter eſſe non poteſt niſi illa uerificetur, l. 1. §. ait pętor. ff. ne quid in flu. pub. ubi Bar. Deci. conſ. 222. ui ſo. nu. 2. igitur antequã mulier petat, ſtatuto locus non eſt. l ita ſtipulatus 2. §. 1. ff. de uerb. oblig. præſertim quia ſtatutum hoc, dum dat fructus ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario, eſt cõtra ius commune licet in ſe ut dixi contineat æquitatem & ex conſequẽti ſtrictæ intelligendum. l. 3. §. hæc uerba ubi Bar. ff. de nego. geſt. cum late congeſtis per Tiraquel. in tract de retraict. lignagier in proemio n. 60. et 62. nam ut dixi ſupra uer. hæc autem; ſtatutum quod eſt li. 4. c. 20. actionem non inducit, ex quibus remanet; ante petitionem, fructus non deberi ex hoc ſtatuto.

6 Pro ſex menſibus quibus actio ad repetendum dotem non datur, alimenta in domo mariti præſtari debent, quia ſine dote & fructibus mulier eſſe non debet, & ita communiter receptum fuit, ut atteſtatur Caſtren. l. diuortio in princ. uerſ. in glo. 2. ff. ſol. mat. in domo tamẽ mariti præſtari debent ut dixi, ſi in ea condecenter mulier ſtare poſsit, &
7 hæredes mariti petant, in qua mulier otioſa ſtare non debet, ſed ea facere quæ conſtante matrimonio faciebat, ut dicit Caſtren. d. l di

uortio n 9.et 10. quæ alimenta etiam confe qui poterit mulier extra domum mariti, si no lit cum hæredibus habitare, dummodo deducat id quod in domo hæredum sua industria lucrari posset, si de illis est mulier quæ operari consueuit, ut dicit Capici post Bar. Bal. et Ias. Decis. 24. n. 8. et 10.

Et prædicta alimenta, horum sex mensium a statuto ad dotem restituendam indultorũ, si mulier non petat, post lapsum sex mẽsium, sibi non debebuntur, quia iam apparet alimentata, & propterea uidi nobilẽ quandam cautam mulierem, cum uideret sibi moram factam in alimentorum præstatione, mutuã sumpsisse, seu sumpsisse simulasse, pecuniam, ex quo mutuo obtinuit alimenta præterita ex sententia eiusdẽ Castrẽ. d. l. diuortio n. 6. & Ias. n. 19. & 21. Cor. cons. 106. uo. 2. & Bologni. cõs. 16. & Capici. d. Dec. 24. n. 9. quidquid dixerit Deci. l. de alimentis. C. de transac. in qua. l. diuortio reperies apud scribẽtes quid si dos sit in rebus stabilibus quæ statim redeunt ad uxorẽ matrimonio soluto & quid si partim in stabilibus partim in pecunia consistat & quid si fructus dotis, alimenta excederent ibi Bar. n. 1. Imo. nu. 4. Ale. n. 18.

10 Personale est priuilegium hoc fructuum, respectu uiri & mulieris, & propterea si cedatur actio de dote, etiam post moram non

transibit

transibit cum priuilegio fructuum in cessionarium Alexã l. in insula. §. usuras ad fin. post Bar. Bal. Spec. Fed. & alios de quibus ibi per eum ff. sol. mat. Cauti igitur esse debent & qui cedunt & qui cessionem recipiunt, quia aliquos uidi aliquando deceptos remansisse.

De conuento pro re mobili non possidente immobilia Cap. IX.

Conuentus pro re mobili si immobilia in districtu non possidet de iudicio sisti cauere tenetur n. 1

Conuento pro re mobili cauere cessante res petita sequestratur n. 2

1 Restat circa summarias causas unum animaduertere, quod si quis petat rem mobilem siue data petitione ut in ordinariis (si rei ualor summam ducatorum uigintiquinque excedat) siue ut in summariis (si infra summã præfatam res sit) siue etiã ante iudicium cœptũ actione ad exhibẽdum agere intendat, quod si timeat rem alienari uel rẽ pro re supponi & reus immobilia in territorio seu districtu urbis non possideat, quod citato reo ad cauendum de iudicio Sisti & de non baractando, & representando rem petitam seu petendam, & eo contuma

2 ce existente Iudex sequestrum nisi infra cer tos dies uel etiam certum tempus suo arbitrio, ex rei & litigantium qualitate decernet, & re tertio tradet ex speciali prouisione statuti lib. 1. c. 103. quod maximum actori remedium est, tũ propter exhibitiões, & recognitiones testium in iudicio fiendas, de quibus toto titulo ad exhibendum; tum etiam propter celere in ea exhibitione fienda remedium, ab ipso statuto proditum, causæ igitur summariæ ita se habent.

LIBER QVINTVS.

De appellationibus & re iudicata Cap. I.

Appellare a definitiua & uiua uoce, & in scriptis, quisque potest n. 1
Appellatio in scriptis, infra octo dies a die latæ sententiæ, interponi debet n. 11. & 12
Appellans uiua uoce, in continenti appellare debet n. 3
Appellans uiua uoce, quid exprimere debeat. ibid.
Appellare in continenti non uidetur utile, n. 4
nisi in casu de quo n. 6
Fatalia computantur a die interposite appellationis n. 5
Incontinenti appellatum quando dicatur n. 7
Appel-

Hactenus de causis in prima instantia dictum est nunc de causis appellationum prosequar in his igitur causis in quibus appellare

lare permittitur, duplici modo a definitiua appellare licet. Viua uoce scilicet & in scri
1 tis,& hoc est in appellantis electione .l.1.in fin. cum .l. sequen.ff.de appella.l. litigatoribus.C.eod. titu.dummodo meminerimus si in scriptis appelletur appellandum esse infra
2 octo dies a die late sententiæ ex statuto lib. 1.c.161.de quo infra.

3 Qui uiua uoce appellat in continenti appellare debet, l.2.ff.de appella.l.litigatoribus.C.eo.Bar.l.1.§.libelli ff.de appella. Bal. d.l.litigatoribus, nec est necesse aliud exprimere quam dicere appello a tali sententia per te lata in fauorem aduersarii mei contra me, ut dicit d.l.2. et Bart. et Bald. in locis prealle.

4 Sed hæc in appellando incontinenti diligentia, non minus nocere potest quam prodesse, nam iure cautum non reperitur secundum Cassado.de appella.deci.6.in pri.quod quis debeat incontinenti a sententia appel
5 lare, nocere autem potest secundum Bald.l. litigatoribus quia ab eo die fatalia computari incipiunt, Feli c.quod ad consultationē col.pe.uers.x.couclusio de re iudi. & sic tempora prosecutionis appellationis cum tali diligentia abbreuiantur.

Nam aut sententia appellationem admittit, aut non: si admittit, tam dicetur attem ptatum

ptatum illud quod fiet pendente tempore ad appellandum, si post intra legitima tem pora fuerit appellatum, quam illud quod fiet appellatione interposita & pendente. c. non solum ubi omnes de appella. in 6. & propterea uidetur cautela potius nocens maxime si sententia plura capita contineret, a qua consulte ut infra dicam appellandum esset.

6 Posset tamen aliquo casu prodesse ut si dubitaretur si causa appellabilis esset nec ne, aut etiam si de executione timeretur quæ damnum maxime propter possessionis com modum afferre posset, ut cum ea appellatione iudex superior adiretur & inhibitio extorqueretur, uel etiam si iudex appellationi deferendo, iurisdictionem a se abdicaret, uel quid tale, quod scias non successurum si iudex si & in quantum appellationem admitteret, ut infra prosequar quare diligens causæ patronus quid magis expediat in suo negocio subtilissime perpendet.

7 Incontinenti autem appellatum fuisse dicetur, si antequam Iudex ex tribunali recesserit, fuerit appellatum, licet ad alios actus & ipse & appellans diuerterint, docto. l. 1. ff. de appel. Castren. l. 1. §. biduum col. 2. uer. sed pone Iudex. ff. quan. appellan. sit.

8 Si is qui uiua uoce appellandum duxerit facultatem sibi appellandi in scriptis, reser-

uauerit.

uauerit. iterũ appellare poterit infra tẽpus
ad appellandum sibi uel a statuto uel a iure
9 præfixum, et tunc fatalium cõputatio a tem
pore secundæ appellationis in scriptis inter-
positæ fiet, ut uoluit Pau.de Cast.l.cum pro-
curator.§.si dominus.ff.de no.ope.nun.quid-
quid dixerint Bar.& nonnulli alii, & Castr.se-
quitur ibi Ale.nu.16.dicens commu. & Ias.n.
12.& ante eos tenuit Sal l.si quis libellos co
lum.pe.& fi.C.de appel.

10 Sed hæc uera sunt & procedunt, nisi Iudex
eo tempore quo uiua uoce appellatum fuit,
præfixisset appellanti certum terminum, ad
redeundum pro apostolis, puta trium aut
quinque dierum, quoniam si appellans intra
illum terminum non rediret, uel ante lapsum
illius termini aliam appellationẽ in scriptis,
quam sibi reseruauerat, non interponeret;
appellando post illum terminum nihil age-
ret; quia suæ appellationi renunciasse cense
retur.c.ab eo de appel.in 6.cle.quamuis eo.
tit.ita notab.determinat Sali.d.l.si quis libel
los ad fi.quem sequitur Philipp.Franc.c.tua
nobis ubi pulchre de hoc in ulti.quæst.in fi.
post Bal. et Floria.ubi per eum extra de ap-
pella.

Et propterea alias dicebam quod is qui ui
ua uoce appellauerat, & iudex appellationẽ
si & in quantum admiserat, quo casu teneba
tur

tur suæ appellatiōis instrumētum infra quinque dies a die appellationis, coram Capitaneo appellationum repræsentare, ex statuto lib. 1. c. 162. et iterum septimo die in scriptis appellauerat, & primæ appellationis instrumentum infra quinq. primos dies coram Capitaneo non repræsentauerat quod in hac secunda appellatione audiendus nō erat, quia primā deseruerat, quia lapsus termini statutarii ad repræsentandum præfixi, desertionem induxerat ex sententia proxime relatorum doctorum.

11 In scriptis autem appellatio infra octo dies a die latæ sententiæ computandos interponi debet, ex statuto nostro li. 1. c. 161. licet iure communi proditum esset, deberi infra decem dierum spatium ex tempore sententiæ, & sic de momento ad momentum computādorum appellari, auten. hodie, ubi docto. C. de appella. Feli. c. quod ad consultationem n. 26. extra de re iudi. ubi dat cautelam quod qui appellat ultima die decendii horam apponere debet, & idem tenet Alexandri. c. personas col. 2 de appella. et ante eos tenuit Paul. de Castr. l. 1. §. biduum n. 4. ff. quan. appellandum sit, & hæc tempora potuerunt a statuto limitari & restringi ut dicit Abb. c. cum sit Romana col. 3. de appel.

12 Sed licet iure cōmuni tempora ut dixi de-

mo

momento ad momentũ cõputentur, in casu tamen statuti nostri exclusa die sententiæ to
13 ta dies octaua erit appellãtis, quia . A , præpositio excludit & separat diem latæ sẽtẽtiæ. l. a calligato.C.de nup ubi Cin & gl l.ratio. .§.cum per uenditorẽ .ff.de act emp.Bal. Castren.Ale.& Ias l. 1 in prin.ff.si quis cautio. gl.c.statutum in glo.magna ubi Imol.& alii de præb.in 6.late per Tiraquel.de retract. lignagier.§.1.in glo.an & Gior.quæ est glo.11. num.51. qui latissime congerit & per Sarnen.in regu. de infirmis resignan. quæst. 37. num.3.

14 An autẽ ficto contumaci liceat infra octo dies a diescientiæ non obstante statuto nostro appellare, uide Aymo.Crauetta de Antiqui.tempo.par.11.n.2. qui post Corneum cons.17.col.4.uol.1.tenet quod possit.

15 Forma appellationis de qua hactenus hæc est, a quadã prætensa definitiua sententia seu uim definitiuæ habẽte lata ut dicitur & promulgata per uos Magnificum dominum secundum Collateralem, in causa & causis quæ coram uobis uerti dicebantur indecisæ, inter Lutium Titium reũm conuentũ ex una & Caium mennium agentem ex alia, de & super prætensa restitutione prætensi fideicommissi, rebeusq. aliis &c. Procurator & eo nomine præfati Lutii Titii ad Sanctissimum Dominum

Dominum nostrum Paulum Papã III. eiusq. Sanctam sedem Apostolicam D. Capitanum Appellationum Vrbis omnemq. alium iudicem competentem in his scriptis prouocat & appellat petens sibi de apostolis instanter & instantissime sæpius & sæpissime responderi omni meliori modo.

16 Ex his quæ retuli, tria sunt necessario exprimenda. primum quis appellat, secundum a quo Iudice, tertium a qua sententia, idest in qua causa & hæc tria colliguntur ex dicta l. 1. §. libelli. ff. de appel. & ibi Bart. & ceteri qui etiam notant quod etiam si non exprimatur nomen causæ dum tamen sententia per aliquam demonstrationem certam, designetur, sufficit.

Addo & quartũ, ut exprimatur ad quem appelletur nam licet iure canonum per uerba illa ad Sanctissimum &c. appellatio teneret, quia appellatio ad Papam omisso medio ualet & tenet. cap. si duobus extra de appella. cum concor. iure tamen ciuili quod in hoc foro seruandum dixi, talis appellatio nõ teneret, nisi id forte per errorem, ut dicit tex. l. 1. §. si quis appellatione. ff. de appellat. ideoq. in suprascripta formula uerba illa omnemq. alium iudicem cõpetentem adiecta sunt, ut omnem tollant ambiguitatem & ualidam omnino appellationem reddant.

Requi-

18 Requiritur & quinto quod petantur apoſtoli, & licet hoc neceſſario non fiat cum appellatione, quia poſſunt ſeparatim ab appellatione peti, glo.l.1.ff.de libell. dimiſsio.et.l. iudicibus.C.de appella.tamen ex communi uſu ut dicit Bar.d.§.apoſtoli nu.7.receptum eſt, ut inſimul cum appellatioue petantur.

18 Sexto requiritur quod apoſtoli inſtanter & ſæpius petantur &, quamuis hoc interpellatis ſeu renouatis uicibus iure antiquo faciendum eſſet, l.1.ff.de libell.dimiſſo hodie tamen unico contextu petiti ſufficiunt, clemen.quamuis.de appella.

Sed & ſi ſemel errore ut accidit petiti fuerint apoſtoli, & iudex detulerit, appellatio non uitiatur ut dicit Rota de appell.46.ſi appelletur a definitiua alias 351.in nouis.

Tribus enim illis primis pro ſubſtantia requiſitis, ſeruatis, in ceteris potius mens quam uerba appellantis conſideratur, ut dicit Specu. de appella.§.qualiter alias ſequitur uidere in ſi.

19 Quod ſi forte ſententia ut ſæpiſsime euenit, plura capitula, & ex his quædã fauorabilia, quædã uero cõtraria cõtineat, tunc in appellatiõe, ante uerba illa ad Sanctiſsimũ &c. hæc uerba ſubnectẽda erunt uidelicet in parte & partibus Articulis & capitulis contra præfatũ principalem ſuũ facientibus, & non

alias

alias aliter nec alio modo.

20 Effectus istorum uerborum maximus est, & est optima praxis sec. Abb. in c. Raynaldus in 5. not. extra de testa. et c. cum Ioãnes col. pe. extra de fid. instr. quem sequitur Feli. c. significauerunt col. 2. n. 3. de exce. & Phi. Fran. c. si duobus de app. siquidem limitata appel-
21 latio limitatum parit effectum tam respectu rei quam personæ ut pulchre prosequitur Paris. cons. 66. uidetur co. 5. per totum. Et propterea non poterit appellatus si ipse appellare omiserit, ab his quæ contra eum fuerant pronuntiata, appellationi taliter limitate interpositæ inherere; cum si simpliciter fuisset appellatum, non posset appellans in præiudicium appellati, appellationi renunciare, Rota de re iud. 23. Iudex ad quem, alias incipit si a definitiua alias 365. in no. Decius c. ex parte 2. nu. 7. ff. de rescrip. &. c. oblatæ n. 4. de appel. Anto. de but. Abb. & Philip. Fran. c. si duobus, extra de appel. Quin immo si simpliciter fuisset appellatum, is qui non appellasset, posset appellationẽ prosequi, Rot. d. deci. 365. Abb. Phili. & Deci. d. c. si duobus. l. ampliorem ubi Cin. & Bal. C. de appel. licet idem Deci. d. c. si duobus ad fi. tenere uideatur nihil referre utrum quis limitate uel simpliciter appellet; quasi simpliciter appellãs, quatenus contra appellasse uideatur, & non

a toto,

a toto, cuius dictum non puto uerũ tum ex superius dictis, cum etiam ex dictis per eundem Decium ibidem n.18.& nu.19. Quo in loco animaduertendum ad ea quæ notant ipse Decius & reliqui doct.d.c.si duobus respectu cõnexorũ, & separatorũ capitulorũ, quæ consulto omitto ne hoc in loco totam appellationis materiam transtulisse uelle uidear.

22 Quamuis autem ut dixi in scriptis appellandum sit, non tamen iudici necessario legenda aut recitanda est appellatio, sed sufficit ut iudici dicatur appello prout in ista cedula c. appellatio de appellatio. in 6. quæ cedula Notario uel actuario illius causæ uel alteri Notario, dummodo Notarius sit, dari de-

23 bet, qui ex eo actu instrumentum celebrare debet, ut notat fontana in addi.ad gl.in uer. proponis in d.c.appellatio. Et hoc in tãtum uerum est, quod testes etiã adhiberi debẽt, de quo alias satis uidi in facti contingentia dubitatum, per nota.per dictam glo.& doct. c.quoniam contra falsam extra de prob.sed tamen tentum fuit testes requiri, per dictũ Phi. Franc.c.1.col.4. uersi.in ea glos. de appella.in 6.

24 Consueuerunt Notarii, fidem appellantium sequendo, alba pagina clausa, quasi in ea appellatio sit scripta, recepta, se de appellationis interpositione rogare, quos gra-

uiter errare dicit Bar.l.contractus in princ. C.de fid.instr.cum prius eā recipere debeāt, quam instrumentum stipulari uel in actis appellatum fuisse asserere.

25 Coram Iudice ut prædixi cum reuerentia debitoq.honore hæc appellatio est interponenda.l.omnem honorē.C.quan.prouo.non est necess.& c.ut debitus extra de appella. Quod uerum si eius copia in publico haberi posit, alioqui nec in domo nec in hortis nec in suburbanis quærendus est, sed coram honesta persona, qui Notarius esse potest, protestari debet appellare uolens, se libenter appellaturum & apostolos petiturū, pro ut in cedula quam in manibus habeat, si iudicis copiam habere posset, & propterea requirat Notarium ut de eius diligentia fidem faciat, & ipse de apostolis respondeat, qui Notarius testimoniales dare debet, idest de prædictis omnibus instrumentum celebrare & facti testimonium reddere, de hoc est tex. l.1.§.dies ff.quādo appellandum sit & tenuit Egi.Decis.381.si post sententiam.

26 Sed stat difficultas, utrum hæc diligentia fieri debeat in ultimo momēto temporis ad appellandum, an sufficiat medio tempore facta, absque eo quod in momento repetatur, quam quæstionem subtilissime disputat Cassado.de appel.deci.8.& refert Rotā tenuisse sufficere

ſufficere ſemel factam diligentiam, licet nõ in momento, & ita ſeruatum uidi, per rationes appellationi fauentes, in ambiguo, per eum recitatas, licet ipſe dicat dubium, principis declarationem expoſcere.

27 Quod ſi plures fuerint Iudices qui ſententiam tulerint, ut ſi capitolino aliquis ex reſcripto principis fuiſſet adiunctus, uel magiſtri Viarum qui duo ſunt: Tunc ab omnibus aut a maiori eorum parte erit appellandum. appellatio tamen ſeparatim poterit interponi. Clem.ſi a iudicibus de appel. Rota. de appel. deci. 20. alias. 222. nota quod ubi appellatur a tribus, in antiquis. & ſimiliter eis uel eorum altero non reperto, quo ad ſingulos præſcripta diligentia fienda eſt.

28 Statutum noſtrum lib. 1. c. 161. poſtquam terminum octo dierum ad appellandum præſcripſit, protextatur neminem ignorantiam allegantem, auditurum. cum ſatis ſit citationem ad ſententiam audiendam præceſsiſſe, & ipſam ſententiam quã diffidationem appellat, in loco publico fuiſſe promulgatam; nec uerum a ficto cõtumace diſtinguit, cum alias ficto contumaci tempus ad appellandum non niſi a die notitie computatur Rota de dolo & contu. deci. 11. alias 49. In nouis de quo dixi ſupra cod. uer. an autem ficto.

Postolorum, secundum speculum in
A titulo de appel. §. sequitur uidere;
B Alii dicuntur conuentionales, scilicet cum pars appellata iudice refutante uel tacente uel in casibus in quibus extra iudicium appellatur, appellanti cōsensit, & uult ut de appellatione cognoscatur. circa quos uidenda sunt quæ tangit Rota per bisgnetū de appel. 18. a grauamine: Alii sunt testimoniales de quibus dixi supra proxime uer. coram iudice, alii dimissorii qui & reuerentiales dicuntur, de quibus d. l. unica de libellis dimisso, & 2. q. 6. post appellationem, & licet speculus ubi supra uideatur ponere dimissorios cum reuerentialibus ut diuersos, tamē inter eos differentia non est, ut dicit Io. Ferracia in tract. de appel. c. 6 num. 142 de men. Butr. & Abb. nisi si iuxta stilum Ro. Cu. reuerentiales in forma dati fuissent, quia tunc ex præscripto Curiæ stilo quædā subaudiuntur, idest quatenus procurator, quatenus in termino & quatenus a definitiua, quibus deficientibus censentur dati refutatorii, & sententia transit in iudicatum, ut dicit Cassado. de appella. deci. 7. n. 5. Alii uero dicuntur refutatorii, per quos apparet quod iudex appellationi non defert. l. quoniam & l. a proconsulibus C. de appel.

B Iudex igitur requisitus alteros ex his apo

ſtolis dare tenetur, alioqui ſi expreſſe nega ret, proceſſus per ipſum poſtea factus irritus eſſet, ut dcit tex. c. ab eo & ibi notant docto. de appella. in 6. uel etiam ſi taceret
3 idem eſſet, ex illo met tex. quinimmo ut dicit francus d. c. ab eo col. pen. et fi. iudex habetur pro deferente, adeo quod ſi poſt, uellet dare refutatorios, & citaret appellantem ad recipiendum, non ualeret dare refutato-
4 rios & proceſſus adhuc nullus eſſet. Plus etiã dicit ibi francus, quod ſi iudex diceret dabo, ſine temporis determinatione, adhuc pro deferente haberetur, quæ omnia ſuut diligenter animaduertenda.
5 Sed & ſi reperiretur ſcriptum Lutius Titius appellauit & iudex dedit apoſtolos, intelligitur de dimiſſoriis, ut dicit Abb. antiquus & ſequuntur ceteri c. dilectus de appella. quos refert Rom. ſing. 151. dicã tibi. Quia & is qui petit apoſtolos, dimiſſorios petiiſſe intelligitur, ut dicit glo. c. 1. uerb. petat apoſtolos, de appella. in 6.
6 Si iudex etiam ſimpliciter appellanti reſpondẽdo dicat do apoſtolos, nullo alio uerbo adiecto detuliſſe appellationi & reuerentiales dediſſe intelligetur Bal. l. appellatione nu. 14. C. de appella.
7 Quod etiam dicendum erit ſi iudex ſe dare actá pro apoſtolis dixerit, Rota de appella.

pella.8.alias 70.si iudex in nouis.

8 Ex præscripto tamen quodammodo nostræ Curiæ stilo iudex pro apostolis requisitus si appellationi deferre uelit si & in quantum admittit, & tunc Notarius ita annotare solet. Qui D. Iudex existens &c.dictam appellationem admisit si & in quantum.

9 Et quamuis decrettm istud conditionem in se continere uideatur, quæ ut plurimum in decretis laudabilis non est, de quibus conditionibus abunde per Feli c.cum contingat n.11.de offi.delega. tamen hoc casu non solum ualet, sed etiam producit egregium effectum, nam si appellatio est interposita in casu prohibito, habebitur pro non admissa, & iudicis ligate manus non erunt, nec parti appellatæ aliquod erit præiudicium paratū si uero appellatio de iure admittenda uenit, iudex sibi & appellanti prospexit, ita de hac clausula scribit uitalis Gamba.in suo tractatu clausularum in clausula si & in quantum, & in specie Fel.c.cum contingat n 13.de offi.dele.post Angelum Roma.et alios de quibus ibi per eum, & hoc etiam tenuerunt Philipp.Franc.et Alexandri.c.sæpe contingit ille col.2. uers.si uero Iudex, iste col. quinta uers.quid autē si Iudex dicat, extra de appel.

10 Vidi aliquos iudices erubescentes amico refutatorios dare, uel dubitantes utrum ap-

pellatio sit admittenda nec ne, decreta seu responsiones uerbis concipere negatiuis, dicendo non admitto nisi si & in quantum, qui omnino nihil agunt, quoniam aut habentur pro non respondentibus, cum uerba ista nullam conformitatem cum petitione apostolorum habeant, & sic tanquam tacentes censentur appellationi detulisse, ut dicit Card. Clemen. quamuis. §. fi. uers. tertio quæro, de appella. uel faciũt idem, quod fecissent cum uerbis affirmatiuis, secundũ Felin. d. c. cum contingat nu. 13. quod uerius puto; debent igitur aut aperte refutatorios dare, si credunt appellationi locum non esse, uel si & in quantum ut prædictum est tute & sine lesione iurium partium, admittere.

11 Quod si sibi satis apertum non sit quid respondere debeat, uel ex quauis rationabili causa, sibi uideatur super responsione cogitandum poterit appellantem ad terminum iuris monere ut pro apostolis redeat.

De termino iuris Cap. III.

Terminus iuris, qui iure communi est dierum triginta, iure isto est dierum quinque, qui computantur ut hic n. 1

Iudex non potest petentem apostolos, iure isto ad

Termi-

1 T. Erminus iste, licet de iure triginta continuorum dierum sit, l. iudicibus C. de appella. c. ab eo. eo tit. lib. 6 qui hodie numerantur a tempore appellationis interpositæ, ut dicit Rota de appella. deci. 5. alias 29. fuit dubitatum, tamen a statuto nostro lib. 5. c. 48. abbreuiatur & reducitur ad illa met tempora quæ fuerant data per aliud statutum lib. 1. c. 162. ad repræsentandum appellationem, iudici ad quem, qui sunt quinque dies a die appellationis interpositæ, uoluitque statutũ illud, quod iudici non liceat
2 ad longiorem terminum monere, & quod sufficiat in dicto termino & qualibet parte ipsius diei pro apostolis rediisse seu illos petiisse; & insuper mandat quod termino iuris pendente, nec per iudicem nec per partem intimatam, aliquid posit innouari.

3 Statutum istud non nullas probabiles induxit difficultates & pri. in facti contingentia quidam monitus ad terminum iuris ultima die termini rediit pro apostolis, cuius appellatio fuit admissa si & in quantum. hic infra alios quinque dies appellationem coram Capitaneo represẽntauit, pars appellata prætendebat appellationem desertam, quia dicebat debuisse represẽntari infra illos met quinq. dies infra quos apostoli peti possunt, & se fundabat in uerbis statuti ibi terminus iuris

iuris intelligatur ille idem terminus, qui datus est a statuto ad repræsentandum appellationem iudici ad quem, si ille idem ergo in uno eodemq. termino debebant omnia impleri.

Pars uero appellans dicebat statutum illud exorbitans & odiosum, debere interpretrari secundum iuris communis regulas, & propterea, cum iudex posit tenere impedi
4 tum appellantem, antequam illi de apostolis respondeat, usq. ad ultimum momentum, ut dicit glo. Clemen. quamuis uerbo uel circa, de appella. Rota per Cassa. de appella. deci. 8. nu. 5. et sine apostolis non posit iudex
5 impetrari, ut tenet compilator, in deci. Rotæ 357. alias de appella. 41. in no. & Feli. c. personas ante numerum quintum de appella. & seruat curiæ stilus, & per consequens nec iudici ad quē appellatio repræsentari, l. una. ff. de libell. dimisso. l. præses. C. de appella. qui tex. est unicus in iure ciuili secundum Bal. ibi, & quidem optima ratione quia sine apostolis appellatio integra non dicitur,
6 quippe cum apostoli sint appellationis pars integralis secundū eundem. Bal. l. eos. § apostolos in princip. C. de appella. Rota dec. 366. alias de appell. 50. si appelletur in no. si igitur idem numero & substātia esset terminus ad repræsentandum cum termino ad redeun

dum

dum pro apostolis sequeretur quod esset in potestate iudicis quemlibet appellātem opprimere, quia posset ipsum usq. ad ultimum momentum suspensum tenere, in quo momento non posset & responsum accipere & iudici ad quem repræsentare, & sic appellatio desereretur quod non est uerisimile statuentes uoluisse qui remediū appellationis non respuerunt, igitur non de eodem termino numero & idemptitate dierum sed numero tantum intelligendum est.

7 Secundo, quia de iure tempora appellationum seriatim reperiuntur a lege præstituta & distincta. Alterum enim est ad appellandum, alterum ad petendum apostolos alterum ad petitos præsentandum, alterum ad prosequendum, quos enumerat Alexandri. c. personas col. 2. de appella. et interim, aliquo prædictorum pendente, officium iudicis conquiescit, ut ipse ibidem dicit col. 4. et ante eum tenuerat Bal. quem ipse non allegat in addi. ad specu. in tit. de appella. in addi. magna col. 13. uer. quæ differentia, quæ tempora & dilationes in materia de qua loquimur, non inculcantur, sed una post aliam cedit, glo. l. 2. uerb. temporalem. c. de tempo. appella. Bal in dicta addi. col. 14. uers. dilationes, facit dictum Bar. cons. 137. statuto

8 communis gualdi n. 2. qui dicit unum & idē

tempus

tempus non posse operari circa diuersa; & dictum Bal.l.fi.paulo ante fi.C. de executio. rei iudi.qui dicit quod quando duæ dilationes proueniunt a diuersis dispositionibus, numquam una aliam absorbet, sed successiue intelliguntur.

Ex his & aliis quæ hinc inde tunc adducta fuerunt animus iudicis diu stetit suspensus, & tamen ut arbitror de negotio transactum fuit. Quidquid tamen tunc dictum fuerit arbitror terminum intelligi debere idem numero & substantia, motus per tex & glos. c. ab eo.2.q.6.ubi terminus de quo in statuto, datur ad utrumque scilicet ad petendum apostolos & ad præsentādum, & gl aduertit fuisse legem. illam in Codice Theodosiano, & propterea cum statutum redeat ad ius antiquum, non dicetur odiosum nec exorbitās.

9 Secundo quia cessat ratio oppresionis appellātis ex dispositione eiusdēmet statuti, si recte intueatur, nam uult statutum quod in quacumque parte diei sufficiat apostolos petiisse, & sic cessat ratio in contrarium adducta de momento, quia postquam iudex semel in die termini de quo statim loquemur fuerit requisitus, siue apostolos dederit siue non appellatio poterit repræsentari, quia petiti sufficiunt.

10 Sit igitur cautus appellans cui terminus iuris

ris fuerit assignatus ut intra eundem met terminum qui sibi ad repræsentandum appellationem a statuto datus est & pro aposto lis redeat & appellationem Capitaneo repræ sentet alioqui eius appellatio deserta remanebit.

11 Alia ex eiusdem statuti uerbis ibi in quo termino & quacumq. parte illius diei &c. tra ctata quæstio fuit quærebatur enim utrum ultima die termini necessario apostoli peti deberēt, ut statuto satisfieret, & an si secun da uel tertia die, petiti fuissent, sufficeret: littera enim statuti intelligere uidetur de ul tima die, quia ipsam ultimam diem terminum appellat, per uerba illa & quacumque parte illius diei, & hoc est quod dicit glo. cle.
12 quamuis uerb. intra dictum, de appella. diffe runt enim hæc infra terminum & in termino nam qui iussus est facere in termino non potest ante ultimum diem facere, qui infra ter minum potest quandocumque dummodo alias loco & tempore congruis, ut dicit glo. prædicta: Et ideo dicebat Paul. de Castr. l. item illa in principio .ff. de consti. pecu. quod citatus ad articulandum ad octauam, non po test ante ultimam diem articulos dare, & glo. prædictam sequuntur Car. d. Clemen. quamuis. §. similiter uers. 3. quæro de appella. Philipp. Franc. c. personas col. 3. uers. et aduerte

& ibi

& ibi Feli.col.2.in pri.et Deci.n.12. extra de appella.facit dictum Caſſado.de appella.deci.8.n.5. Quo in loco eſt animaduertendum quod id quod dicit francus ibi de penultima die non eſt intelligendum, ut quis comparendo in penultima die ſatisfaciat termino, niſi ad diem penultimam ſit monitus, & ita loquitur glo. quam Francus allegat, licet ipſius uerba contrarium innuere uideantur.

In contrarium quod petiti ſufficerent quacumq. die ex quinq. uidebatur innui per ſtatutum lib.1.c.162 in quo dicitur appellatio debet repræſentari infra quinq. cum igitur ille idem terminus detur per ſtatutum noſtrũ ad redeũdum pro apoſtolis & in illo ſtatuto ſit appoſita dictio infra, dicẽdum uidebatur quod ille terminus cum ſua dictione infra eſſet repetitus & ex conſequenti ex ſupra relatis ſufficeret quandocumq. fuerint petiti quia terminus cum ſuis qualitatibus repetitus cenſetur.

Attamen prior ſententia uerior eſt, tum ex prædictis tum ex eo quia ſtatutum expreſſe declarat, quod in termino & quacumq. parte illius diei, & ſic habet diem ultimam, pro termino & ab hac obſeruatione cautus patronus non recedet.

3 Inſuper ſtatutum prædictum lib.3.c.48. ut tolleret ambiguitatem doctorum diſputantium

tium utrum pendente termino iuris indici manus ligatæ censeantur de quo per Rotam deci. 128. alias de appella. 19 in no. et per Alexandrinum. c. ut debitus col. 27. ad fi. de appella. uoluit quod isto iuris termino pendente, nihil per ipsum iudicem nec per partem certioratam de eo, posit innouari.

Sit igitur cautus appellans ut si timet interim aliquid exequi posse per aduersarium, ei per mandatarium insinuet, qualiter pro parte sua fuit appellatum a sententia lata in illa causa & per iudicem ipsi appellãti datus terminus iuris, & insinuationem siue intimationem huiusmodi Notario reportet, ut possit petere, si aliquid per aduersarium appellatum fieri contingat, uia attemptatorum & innouatorum reuocari.

De præsentatione Appellationis coram iudice ad quem Cap. IIII.

Appellatio repræsentari coram Capitaneo infra quinque dies, a die qua fuit interposita debet n. 1

Appellatio potest repræsentari a quolibet, etiam sine mandato n. 2

Sede Capitanei uacante, appellatio repræsentatur Conseruatoribus, per acta eiusdem Notarij appellationum n. 3

Conser-

1 APpellans igitur recepto appellationis & apostolorum instrumento, illud infra quinq. dies a die appellationis numerandos, & sic exclusa die appellationis, debet coram Capitaneo appellationum repræsentare, in qua repræsentatione nulla alia sollẽnitas requiritur, nisi quod instrumentum Notario causæ tradatur, qui illius præsentationem in actis annotabit, nec iudicis aliter decretum requiritur, nam statutum quod est li. 1. c. 162. nihil aliud quam repræsentationem infra dictum terminum fieri, requirit.

Controuersum uidi nũquid sufficeret huiusmodi repræsentatio a quolibet facta, uel
2 requireretur ut de mandato repræsentantis constaret, & tentum fuit cuiusuis præsentationem sufficere, quia iudex a quolibet, sine mãdato potest impetrari, præsertim iure ciuili, quo hic utimur. l. uniuersis. C. de precib. impe. offe. et sufficit ratihabitio specu. in ti.

de appella.§.nunc breuiter nu.14.faciunt di cta per Cassado.de appella.deci.4
3 Sed quoniam sæpe contingit sedem Capitanei, tempore repræsentandarum appellationum uocare, ideo statutum lib.1.c.174. uoluit quod loco Capitanei repræsentētur Conseruatoribus,& loco Notarii Capitanei appellationum rogaretur & fidem faceret Notarius Cameræ, quod quidem respectu Notarii ideo statutum introduxit, quia No tarii Capitanei qui duo erant, non erant per petui sed mutabantur li.1.c.172.hodie uero quoniam Notarius est perpetuus, non Nota rius Cameræ sed Notarius Capitanei, etiam sede ipsius Capitanei uacante, repræsentationes & omnia acta etiam dicta sede uacan
4 te occurrentia, annotat, sicq. Conseruatores tempore prædicto inhibent, prorogant & super aliis incidentibus prouident, ut statuto prædicto cauetur.
5 Huiusmodi instrumento repræsentato si cognouerit iudex appellatum fuisse a definitiua (nam de interlocutoria paulo infra dicam) statim inhibere debet iudici a quo & parti appellatæ, ne cōtra appellātem & eius bona aliquid innouet, etiam sub pœna, quæ leuis a statuto inducitur, lib.1.c.173.
6 Et in hoc animaduertet appellatus siue actor quod neq. pendente termino ad appel landum

landum, quod supra dixi esse octo dierum, neq. pẽdente appellatione, aliquid contra appellantem innouet, quoniam ultra pœnam a statuto declaratam, adest & legalis quæ est ut omnia tamquam attemptata reuocentur c.non solum cum concor. et notatis de appella.in 6.

De deposito fiendo in executiuis Cap. V.

Appellans in executiuis, depositum infra triduum summæ iudicatæ facere debet, in pecunia uel pignoribus si summa sit infra centum, in re immobili si supra, etiam appellato tacente, alias appellatio deseritur n. 1

Condemnatus ad factum in executiuis tenetur deponere quantum aduersarius, iudice taxante, sua interesse putauerit, infra triduũ, a die notificationis n. 2

Appellans in executiuis, si sit actum de re immobili, rem penes idoneum, infra triduum in sequestrum ponere solet n. 3

Causæ patrimonij fisci, executiuis, in deposito fiendo per appellantes, æquiparantur n. 4

Aequiparatorum ubi par est ratio, par esse decisio debet n. 5

Depositum in re immobili, in defectum pecuniæ faciens, rem liberam, non litigiosam, et plus ualen-

1 Qui appellat a sententia uel decreto, executionis instrumentorum, apocharum, testamētorum, sententiarum, laudorum & similium si qui sunt, aliquid aliud

aliud ultra appellationis repræsentationem, facere tenentur. nam summam iudicatam, aut pignora æquiualentia infra tres dies, a die repræsentatæ per eum appellatiōis, apud aliquem idoneum campsorem uel alium fide & facultatibus idoneum (nam ita etiam receptum est) deponere tenetur, etiam si appellatus depositum non requisiuerit. quod si summa sit maior ducatis centum, (intelligo de ducatis, de carlenis decem pro quolibet) & reus persona quæ uerisimiliter tot pignora nō habeat, poterit res stabiles plus ualentes ad electionem partis aduersæ infra triduum prædictum deponere, alias appellatio remanebit deserta, & prima sententia firma erit ex statuto lib. 1. c. 166. et lib. 5. c. 50.

2 Quod si appellans fuerit condemnatus ad factum, tenetur deponere, quantum appellatus iurauerit sua interesse, iudicis taxatione præcedente, ex eodem statu. lib. 5. c. 50. Et quamuis hoc casu tempus nō adiiciatur, intelligo id fieri debere infra triduum post iuramentum ab appellato præstitum, & taxationem a iudice factam, & denunciationem factam appellato, nam ignoranti & agere nō ualenti præfinita tempora non currere sæpissime rescriptum est. l. 1. in fi. C. de anna. excep. Bal. l. eos § apostolos nu. 6. C. de appella. cur, senior cons. 32. n. 11.

Circumscriptis enim uerbis illis in statuto nouissimo, de quo supra, appositis, sed etiã si appellatus non requisiuerit quæ non adẽrant in primo statuto, ex lapsu dierum, sine requisitione & petitione appellati, non remanebat appellatio deserta, quia terminus præfixus sine partis requisitione de se non sufficit, l. 4. §. hoc autem iudicium ubi Bar. in principio. ff. de dan. infec. Castren. l. peto. §. fratre nu. 3. de leg. 2. Hippo. de Marsi. in sua praxi. crimi. § nunc uidendum nu. 5.

3 Quod si super re immobili exequendum esse pronunciatum esset; ut puta si executio testamenti ad rem legatam aut donationis ad rem donatam consequendum uel quid tale, petita fuisset, tunc ex ueteri priori statuto, res penes idoneam personã sequestrari debebat, quod fiebat parte appellãte requisita. nõ enim pœna desertionis non fauenti proponebat ut proxime dixi. per nouissimũ autem statutum nihil disponitur, nam dẽ summa tantum iudicata non autem de re statutum loquitur, nec ab re, nam nõ ita de facili actor, qui ad rem egit, sicut qui ad pecuniam frustrari potest, siquidem res uitio litis affecta etiam si alienaretur, cum uitio transiret, l. fi. C. de litig. l. per diuersas cum nota. C. manda. sunt tamen nonnulli qui etiam in casibus supra narratis, depositum faciunt

quos

quos non nisi laudare possum, cum clientem extra dubium ducant de quo etiam infra de causis nullitatum uers. & contrario.

4 In casibus autem patrimonium fisci tangentibus idem dicendum est quod in executiuis, ex dicto priore statuto lib. 1. c. 166. uer. & idẽ fiat, illæ enim causæ ex eo statuto causis executiuis æquiparatæ sunt, æquiparatorum autem par esse debet decisio ubi ratio par existit. l. si furiosi. C. de nup. glo. c. 1. uers. declaramus ne clerici uel monaci lib. 6. Roma. cons. 179 col. 4. uers. 3. respondetur Crotus in repeti. l. 1. col. 4. uers. quarta conclusio de lega. 1.

5 Sed quoniam eo casu, quo depositum in re immobili fieri licet, electio est appellati: animaduertet ipse appellatus, utrum depositũ ab appellante factum sit in re libera non litigiosa, & quæ cito emptorem reperiat, quod si talis non sit, eligere debet aliam rem per appellantem deponendam. nec hoc statutum a iure communi exorbitans est, quoniam creditor qui generalem hipothecam habet meliorem eligere potest, l. creditoris ubi Bar. notat id esse cõtra opinionẽ Rusticorum. ff. de distrac. pig. Ale. l. in quartam n. 6. ff. ad. l. falcidiam. quam electionem creditor denunciare statim debet appellanti, nam triduum ad deponendam rem electam non ante ap-

lanti currere incipiat, quam ei electio fuerit denunciata, per ea quæ paulo ante notaui
6 uers. quod si appellans fuerit. Sciet quoq. deponens ex uerbis statuti prædicti lib. 5. c. 50. quod si rem minus ualentem deponet, appellatio deserta remanebit.
7 Sed si appellans ita pauper sit quod depositum summæ in qua fuerit condemnatus, nec in pignoribus nec in immobilibus facere possit, tunc studeat infra triduum, si id fieri poterit, suam paupertatem probare, qua probata ad prosecutionem appellationis sine deposito admittetur, l. 2 ff. de custo. reo. uer. uel qui per inopiã, Crem. sin. 121. statuto cauetur, Matthesi. nota. ult. nota quod licet
8 ex quorum rationibus idem puto dicendum si quis infra summam centum condemnatus in pecunia uel bonis mobilibus depositum facere non ualeret, ut probata paupertate ad rei soli depositum admittatur.
9 Forma depositi si de eo Notarius non rogetur; hæc est. Ego Sempronius Ruffus habeo penes me ducatos quinquaginta quos deposuit Lucius Flauius in causa prætensi legati inter ipsum Lutium appellãtem ex una & Quintium Furium appellatum ex alia, coram Magn. D. Capitaneo appellationum Vrbis uertente quos ad omne mandatum eiusdem D. Capitanei consignare promitto & in fidem

fidem hanc scripsi & subscripsi datum &c.

10 Dubitatum uidi quandoq; si tertius qui se ex sententia sine decreto executionis, de qua tractamus, ledi putat, a sententia appellet, utrum & ipse depositum facere teneatur? & non teneri conclusum fuisse scio, per nota. per Barba. clemen ut calumniis nu. 28. de re iudi. per Feli. c. exceptionem nu. 25. de exceptio. per Ias. late. l. a diuo pio. §. si super rebus n. 17. de re iudi.

11 Rursus etiam dubitatum uidi, de alia notabili quæstione quidam qui appellauerat in quadam causa in qua depositum fieri debebat, ad hoc ut depositum euitaret causam attemptatorum confinxit, & nactus Capitaneum iudicem propitium, decretum impetrauit ut tempora ad faciendum depositum non currerent, donec attemptata discuterentur. Cum autem in materia attemptatorum succubuisset, & exinde appellatio remansisset deserta, ut infra suo loco dicetur, quærebat appellans desertionem hanc ex termini suspensione per iudicem facta sustinere. dicebam nō posse, quia licet terminus ad prosequendum appellationem qui est appellanti & appellato communis, suspendi posit per partes, ut infra de fatalibus dicetur, tamen quando terminus est datus uni parti, ad aliquid faciendum pro ualiditate

appel-

appellationis, ut est in decennio dato ad appellandum uel alio ad redeundum pro apostolis uel simili, illa tempora nec per compromissum nec per expressum aut tacitum consensum partium suspendi possunt, ut dicit Cardi. clemen. quamdiu n. 6. et ibi Imo. nu. 3 de appella. Bal. auten. ei qui n. 10. C. de tempo. et repa. appel. Ale. l. properandum nu. 16. C. de appella. duabus moti rationibus: prima quia hic terminus datur uni parti ad implendum, secunda quia impeditur iurisdictionis translatio, ut facit statutum in casu nostro, nam causa censetur deserta, deposito non facto, & sic non deuoluta, si non deuoluta Capitaneus nihil in ea statuere poterit, quia incompetens Ancha. de mente Ioannis Andr. cons. 284. Et fere in propriis terminis est glo. c. cum sit in glo. magna in princi-
12 pio uers. quædam tamen, extra de appella. quæ dicit quod cum dilatio datur a lege sine misterio iudicantis, quod tunc per iudicem immutari non potest; cuius glo. opi. dicit commu. Imo ibi col. 2. uers. sed quantum, & sequitur ibi Francus col. 3. uers. et ideo, quam etiam dicunt commu. Rapha. Ias. et Ripus qui alios cumulat. l. 2. ff. de re iudi. et clarissime per Feli. in casu quando statutum pœ
13 nam iniungit, ut nostrum statutum facit, d. c. cum sit col. 2. uers. limita quarto.

Hæc

14 Hæc tamen limitantur & non procedunt duobus casibus, primoquando publica utilitas suaderet supersedendum esse: secundo si aliter agendo res esset scandalum paritura
15 ut dicit Panormi.d.c.cū sit & Bar.l.2.ff. de re iudi.ubi & Ale.et ita declarari obtinui, Quæ decisiones & auctoritates in statutis nostris menti tenendæ sunt, quoniam in eisdem multi a lege termini dantur, sine iudicantis ministerio, & multi frequenter in eorum suspēsionibus errant.

16 Verba illa, & apodissarum concessione, in statuto prædicto lib.5.c.50.apposita, ne quis ambigat perinde sunt acsi dixisset & mandati executiui relaxationes, nā cum statutum lib.5.c.5 uolens consulere breuitati, facultatem dedisset iudici ut uel pronūciaret instrumentum esse exequendum, uel simpliciter relaxaret apodissam, idest breuem schedulam per quam mandatur executori, ut de bonis condemnati auferat, uel inueniat uictorem in immobilibus, aut ipsum reum capiat ne hoc casu dubitaretur si nihil de exequendo dixisset, sed mādatum decreuisset an & tunc deposito locus esset, igitur post uerba illa a pronuntiis de exequendo, alia illa & apodissarum concesione, subiecit, non igitur quoties iudex in aliis summariis mandata huiusmodi decernit, deposito locus erit, sed tunc demum

demum cum executio de qua loquimur fuerit petita. & pro ea fienda mandatum relaxatum, ut ex statuti uerbis colligitur, & usu receptum est.

De appellationibus ab interlocutoriis & deposito fiendo Cap. VI.

Hæc

1 HAEC de appellationibus a definitiuis. ceterum si ab interlocutoria appelletur (nam quibusdam casibus litis ingressum impedientibus, & qui ad merita referuari non possunt tantum; abrogato statuto lib. 4. par. 1. c. 15. per quod appellationes ab interlocutoriis omnibus casibus iure ciuili permissis, admittebantur) statutum lib. 5. ca. 49. ante definitiuam appellare permittit, ut sunt si de competentia uel incompetentia iudicis agatur. si de litis pendentia, re iudicata, lite finita transactione, excommunicatione maiori, pacto de nõ petendo ad tempus, excipiatur; si iuramento litis decisiuo locus sit nec ne quæratur, si petatur uel negetur compromissum fieri debere, si ordo substantialis præposteratus esse dicatur, si de causa præiudiciali obiiciatur. si terminum ad perficiendum inuẽtarium iux. l. fi. C. de iure deli. pẽdere dicatur; & aliis forsan casibus quibus per statuta prohibetur audientia, uel actio agẽti denegatur expresse; si inquam a tali interlocutoria appelletur.

2 In primis animaduertẽdum erit ut appellatio interponatur in scriptis. nam hoc casu

3 uiua uoce appellare non licet, secũdo quod causa grauaminis in ipsa appellationis schedula inseratur, & exprimatur, at de utroq. est tex. & ibi docto. c. cordi. de appel. in 6. tertio

tio quod petantur apostoli, ut dicitur d.c. cordi & hæc tria tamquam de substantia obseruanda dicit Francus d.c. cordi in princip. licet decem requisita adnotasset Rom. consl. 501. ut declarationem accipiat.

4 Et illud secundum, idest expressio causæ, adeo necessario requiritur, quod licet esset dictum ex causis ex actis collegibilibus, nisi certa pars actorum nominatim exprimeretur, appellatio sustineri non posset; prout nec etiam si una uel plures causæ expressæ essent, prosecutio ex causa nõ expressa admitteretur, quamuis ex pluribus expressis una
5 uera sufficeret, ut hæc omnia nominatim prosequitur Phllip. Franc. ubi supra col. 1. & seq. Qui regulam prædictam quinque notabilibus limitationibus restringit. Prima si esset appellatum ab habẽte uim definitiuæ: Secũda si appellaretur in maioribus casibus soli papæ reseruatis: Tertia si ab ea interlocutoria appellaretur quæ habeat in se patentem iuris errorẽ, de quo constet aut constare posset ex allegationibus iuris: Quarta si in ea interlocutoria expressa sit causa a iure re
6 probata: Quinta si durante tempore ad appellandum dato, causa ommissa subnecteretur. Addo & ego sextam si iudex appellatio
7 ni detulisset, quia tunc etiam uiua uoce interposita appellatio, & causa grauaminis nõ expressa

expressa deuolueret, si non in uim appellationis saltem in uim remissionis factæ per iudicem ut dicit Rot. per Bisgnet. de appella. dec. 18. a grauamine uel interlocutoria Frã. c. ut debitus in ult. quæst. extra de app. & hæc si uera ut arbitror magna est limi. ad d. c. cordi quod intellige ut infra proxime uerbo iudex.

Item & septimam quando esset statutum aut rescriptum quod in appellationibus procedatur sollemnitatibus & iuris ordinibus non seruatis, uel sine strepitu & figura iudicii, quoniam eo casu appellatio & sine scriptis & sine causæ insertione etiam ab interlocutoria, sustineretur, sec. Phil. Franc d. c. ut debitus in 7. quæ. uer. aduerte tamen ad unã de appella. quæ etiam limitatio si uera est & ipsa quidem notabilis est, alias quoq. limitationes tradidit Alexand. d. c. ut debitus col. 22. uer. stat ergo conclusio de appel. quas hic transcribere non curaui, cum etiam earũ aliquæ sint reprobatæ.

Vltra prædicta tria, est & quartum necessario a statuto nostro requisitum, scilicet ut hæc ab interlocutoria appellatio per manus Notarii actuarii interponatur, nam licet appellatio a definitiua & hæc de qua tractamus, iuris dispositione, posset per quemcumque notarium scribi, & per testes probari,

ut dicunt Docto.d.c.cordi, tamen hæc ab interlocutoria ex statuto nostro per actuariũ & non alium, interponi debet impedimento cessante, lib.5.c.52.

Ceterum si quis interlocutorias a definitiuis, & eas a mixtis, earumq. reuocationes approbationes & materias cognoscere uolet ultra notata per scribentes iuristas & Canonistas in Rubricis de senten. et re iudi. et.l. quod iussit.ff.eo.ti. uideat Alexandri.c. cum cessante a 6. col. usque ad fi. extra de appella.

Forma appellationis de qua tractamus hæc erit.

10 Quamuis Illustris D. Senator opposita litis finitæ exceptione, non ante ad ulteriora in negocio principali procedi posset, quam ea plene & mature discussa esset, nihilominus uestra Illustris dominatio in causa & causis quæ coram ea uerti dicuntur indecise inter Sempronium Attalum agentem pro prætenso fideicommisso ex una, & Lutium quintium reum conuentum ex alia non animaduerso quod pro ipsius Lutii Quintii parte exceptio litis finitæ fuerat opposita quæ processum etiam ex forma statutorum impediebat, ad importunã ut creditur partis aduerse instantiam ad litis contestationem pronunciamq. de habendo eam pro contestata,

exceptionem præfatam tacite reiciendo ut dicitur deuenit, perperam tamen & de facto cum reuerentia, qua de re Procurator eiusdem Lutii Quintii sentiens ex præmissis se partemq. suam enormiter lesos & grauatos timensq. in futurum enormius ledi & grauari posse, a dicta cõtestatione litis reiectio neq. exceptionis litis finitæ, totoque uestro processu, omnibusq. inde secutis, ad santissimum D. nostrum Papam eiusq. sanctam sedem Apostolicam, D. Capitaneum Appellationum urbis, omnemq. alium iudicem cõpetentem in his scriptis prouocat & appellat, petens sibi de apostolis instanter & instantisime sæpe & sæpius responderi, omni meliori modo.

11 Iudex tunc si friuole aut iniuste uiderit appellatum, refutatorios dabit, sin minus ex præscripto curiæ stilo si & in quantum appellationem admittet. Quo casu meminisse oportebit quod si uel causa uel scriptura esset omissa, hæc delatio conditionalis, ad limitationem supra proxime relatam uers. et illud, de mente Bisgneti non sufficeret, quia non plus iudex tribuisse uelle apparet, quam ius deferat, de quo supra de apostolis uers. et quamuis.

12 Notarius in interpositione huius appellationis testes adhibere & in publicatione

eorundem

eorumdẽ nomina(ficut in ceteris inftrumen tis fieri confueuit)annotare debet, ut dicit Franc.d.c.cordi col.4.uerf.in ea glo.in fi.
13 Sed quia non folum in prædictis cafibus permifsis fed etiam in nõ permifsis ut a præ fixionibus terminorum, ab admifsionibus iurium,multisq. fimilibus, appellationes fæ pifsime interponũtur licet a ftatuto refpuã-tur,lib 5.c.59. confueuerunt iudices qui for fan plenam caufæ cognitionem non adhibue runt, cupiuntq. ut nulli præiudicium infera tur, taliter appellantes, reponere, quod eft in priftinum ftatum in quem appellans ipfe erat, ante illatum grauamen animo melius cogitandi reponere, ut dicit Rota deci.392 fi auditor alias de probatio.12.in no. & tunc ut dicit dicta decifio, fi iudex ad ulteriora pro cedit, cenfetur actũm confirmare, ad quæ faciunt notata per Alexandri.d.c.cum ceffan te, col.pe.uer.8.eft quæftio de appel.
14 Hæ autem appellationes eifdem modis & temporibus quibus illæ a definitiuis ad Capi taneum repræfentabuntur nam prorogatio nes & intricationes quæ per ftatutum lib.4. c.15.indultæ fuerant per ftatutum libr.5.c.3. fublatæ fuerunt.
15 Ceterum ftatutum prædictũ lib.5.c.49.quod ius canonicũ in iftis appellationibus cohar-tauerat, & iuris ciuilis rigorem quodammo

do relaxauerat, ut appellanti & appellato ſuccurreret, uoluit quod appellans coram Capitaneo non audiretur, niſi certe quantitatis pecuniarum pro litis extimatione, in pecunia numerata uel pignoribus duplũ ualentibus apud camerarium olim, nunc apud Notarium, uel campſorem per appellatum eligendum, depoſitum faciat, quas pecunias in euentum quod appellans ſuccumberet ultra expenſas in quibus condemnaretur, conſignari uoluit appellato, ut appellantes non ita temere ad appellandum proſilirent.

16 Sed quoniam ſtatutum nec tempus ad depoſitum faciendum appellanti præfixit, nec pœnam, niſi audientiæ denegationis, adiecit; ſtudebit appellatus ut depoſitum faciat appellans, ad id eum corã Capitaneo in ius uocando, quo appellante ceſſante depoſitũ facere; Capitaneus appellationem reicere debet, quoniam ſtatutum audientiam mandat denegari, & hoc ſi iudex a quo appellationi detuliſſet, quia tunc inhibitione non multum indigeret appellans propter abdicatam a iudice iuriſdictionem, ſed ſi ſimpliciter non detuliſſet; tunc cum Capitaneus in appellationibus ab interlocutoriis & in urbe non niſi parte citata debeat inhibere, lib.

17 1.c.173. appellatus cum primum coram Capitaneo ad uidẽdum inhiberi ſe citatum ſenſerit,

ferit, opponat appellantem audiendum nō esse, donec deposuerit ut supra sicq. appellans uel sua frustrabitur appellatione, uel depositum facere cogetur.

De reiectione appellationum, tam ab interlocu. quā a defini. & pronuntia desertionis Cap. VII.

Capitaneus appellationum quæ attendere debeat, antequam de meritis cognoscat n. 1
Forma citationis in reiectione appellationis n. 2
Appellare non licet a pronuncia desertionis n. 3
Instantia dicitur prima, fatalia secunda n. 4
Appellare an & quando liceat a reiectione appellationis n. 5
Appellare licet a pronuntia qua se iudex incompetentem declarat n. 6
Appellatio est defensionis species iure naturæ inducta n. 7
Sportulæ in reiectione appellationis & desertionis pronunciatione debentur ex consuetudine n. 8

ANtequam iudex appellationum, de meritis causæ (siue a definitiua siue ab interlocutoria appellatum sic) cognoscere incipiat, transportatis ut infra dicam uel etiam non transportatis actis, si id

partes petant animaduertere debet, utrū in
1 casibus permissis,& an debito tempore, fuerit appellatū,& an intra dies quos supra a statuto præfinitos diximus, fuerit appellatio interposita & representata,& alia impleta, quæ supra circa depositum implenda esse prædiximus, quæ si impleta non fuerint uel in casibus non permissis appellatio interposita sit, Tunc appellante legitime citato ad ui-
2 dendum reici appellationem(& quatenus facta fuerit inhibitio) moderari inhibitionē, seu ad uidendum pronuntiari appellationē desertam pro ut in quolibet actu in facti cōtingentia statutum dictabit, iudex interloquendo pronunciare debet appellationem reiciendam & inhibitionem(si ea ut prædixi emanauerit)moderandam esse, ex statuto lib.1.c.173.uel causam seu appellationem desertam dicto li.1 c.173.et lib.5.c.50.et 54.
3 Ab hac pronuncia appellare non licebit ex statuto lib.5.c.54.quod statutum licet loquatur de instantia, seu uerius de fatali-
4 bus,(nam instantia dicitur prima ad.l.properandum.C.de iudi.fatalia secunda, quia illi præstituti dies in fatum litem & causam transire facient, ex Bal.l.fi.in princ. col.3.C. de tempo.et repa.appell.) tamen cum ista fatalia regulariter computentur, a die appellationis, cle.sicut de appella.Abb.et ceteri.c.
ex ratione

ex ratione extra eo.tit.de appella. quicquid ex datis pro forma a ſtatuto uel a lege deſeritur, fatalium deſertionem inducit: et hæc in his quæ deſertionem ſapiunt nullam dubitationem recipiunt,

5 Ceterum ſi appellatio reiciatur quia prætendatur in caſu non appellabili appellationem fuiſſe interpoſitam, ſi expreſſe appellatio non ſit prohibita, ut in obligationibus in forma cameræ ex ſta lib.5.c.50.aut in mere interlocutoriis lib.5.c.49.tunc a reiectione appellare licere puto; quia nullo iure pro
6 hibetur, nam licet ſit interlocutoria,tamen quia iudex ſe incompetentem pronunciat & a ſe iurisdictionem abdicat, uim definitiue habet c.ſignificantibus de offi.deleg.Feli late c.qualiter & quãdo in pri.n.9.extra de accuſa.de quo per Rot.de appell.12.alias 86. in nouis & per Frãc.c.ex ratione col.23.uer. ſecundo quæritur an ſentẽtia lata ſuper deſertione, de appella. et in dubio pro appellatione, quod liceat reſpondendum.cap. ut
7 debitus cum glo.extra de appella. eſt enim appellatio ſpecies defenſionis de iure naturæ inducta ut per Soci. qui plura pulcra in conſ.39.n.9.uol.4.

8 Sportulæ quoq.his caſibus capit.ex cõſuetudine debentur ut dixi infra de ſenten. pro latio uerſ.ſportulæ & propterea formiter ut

dicam infra de senten.prolatio.uers. sportulæ, deponi debent etiam ad uers.citato.

De prosecutione causæ appellationis Cap. VIII.

Acta prioris instantiæ, coram Capitaneo per Notarium primæ instantiæ monitum, transportari debent n. 1
Acta transportata coram iudice ad quem, debent per instantem, parte formiter citata repeti n. 2. et 4.
Productio realis, actorum prioris instantiæ, coram Capitaneo, fieri debet n. 3
Acta inter easdem personas in eadem causa, semper fidem faciunt n. 4
Sententia an debeat cum actis transportari n. 5
Actorum appellatione an ueniat sententia n. 5
Appellationis causa, ex repræsentatione instrumenti & actorum transportatione & repetitione, iure isto dicitur instructa n. 6

1 Presentato coram Capitaneo ut prædixi appellationis instrumento, inhibitioneque si id expedire uidebitur consecuta, acta omnia prioris instantiæ coram Capitaneo repræsentanda erunt: Sed quoniam appellãtes ut plurimum differunt, procurabit appellatus ut monitorium a Capitaneo

pitaneo decernatur, directū Notario prioris instantiæ ut acta omnia satisfacto sibi de competenti mercede, transportet & aduersæ parti, ut de sua rata satisfaciat, & sic regesto completo quem extractum non male appellant (nam regestum quasi iterum gestum dicitur, extractus quasi ab originali exemplatus) curabit is cuius intererit causam expediri, ut per Notarium prioris instantiæ ad Notarium Capitanei transportetur, qua trāsportatione facta, ille idem qui expeditionem procurat, acta omnia in parte & partibus repetet, parte ad id legitime citata ut supra in productione iurium in ordinariis dixi esse seruandum, in qua citatione non cessabit altera pars etiā pro se & in parte & partibus repetere, & quatenus contra impugnare.

2 Productio actorum omnino requiritur alioqui sententia per Capitaneum ferenda uiribus non subsisteret ut pote lata non uisis actis ut notant docto. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de consti. c. tum ex litteris de resti. in integr. Alex. ad Bar. l. prolatam. C. de senten. & inter. omni. iudi. et nouissime Rota per Cassa. de appella. 2. nu. 10. late per Deci. qui dat concor. l. is apud quem. n. 34. C. de eden.

3 Et quod productio realis requiratur, tenet Bar. l. naturaliter. §. nihil commune. in. 7. combi.

combi.uer. sit tamen cautus.ff.de acquiren. poss. sequitur Alex. cons.82.col. fin.uer.nec
160 obstat, uo.1. Matthesila.not.161 nota singularem doct, ubi addi.plena per Fel.d.c.Ecclesiæ saactæ mariæ nu.16.ad fi.de consti.& Deci.d.l.is apud quem nu.32.

4 Et licet in eadem causa semper fidem faciant acta, ut dicit Rota deci.410.si post definitiuam, alias de re iud.20.in no.& not. spe. de confessionibus.§.nunc uidendum nu.3.tamē in reproductione in causa appellationis fienda, erit necessaria partis citatio, d.l.de uno quoq.ff.de re iudi. Bal.l. si quādo quæst. ulti.C.de testi. Ang.l.properandum.§.sin autem reus, nu.2.C.de iud.Rota deci.x.fuit dubitatum alias de fide instru.prima In no.Hippo.sing.30.tu scis, nam quod dicit Alex.d.l. is apud quem nu.7.quod non requiratur noua productio in successore, procedit eadem instantia durante, secus autem si alia sit instantia ut ipse Alex. aduertit in sequenti nu. ad finem & declarat Dec.d.l.si is apud quem nume.33

5 Sententia quoque cū hisce actis transportari debebit, tum quia actorum appellatione & sententia continetur, ut dicit Abb.c. cum I. & A.nu.5.extra de re iud.Bar.l.in fraudem §.neq; ad fi.ff.de iure fi.de quo per Lanfrancum de Oria in.c.quoniam contra nu.9.

extra de probatio. tum quia reus qui suã appellationem iustificat, sententiam transportare tenetur, ut dicit Bal. in addi. ad spe. in ti. de appella. in. 2. addi. co. 14. uer. ille qui appellat de quo latissime per Barba. cle. ut calumniis nu. 16. de re iud.

His quidem reproductis causa dicetur instructa, nã ex statuti nostri dispositione quod est lib. 1. c. 163. instrumentum appellationis est pro libello & intentione appellantis, nec alia litis contestatio nec iuramentum calumniæ aut ueritatis, requiritur.

De suspitione Capitanei deque Consultore eligendo Cap. IX.

Capitaneus in principio litis, aut alias tempore debito a quolibet suspectus allegari potest n. 1
Consultor eligetur, allegato suspecto Capitaneo & qua forma n. 2
Forma citationum in electione consultoris n. 3
Forma extractionis consultoris n. 4
Consultore electo recusante, alius eligitur ut hic n. 5
Suspectorum allegatio in genere, ut omnes auditores, &c. non admittitur n. 6
Cautela est ut tantnm suspecti, non autem confidentes, nominentur, n. 7

Tempora

QVoniã autẽ frequenter euenit, quod appellantes aut appellati suspectum habent Capitaneum, ad quem ex forma statutorum supra appellandum esse diximus, ne litigatores cogerentur suspectum iudicem habere, utq. ambages.l. apertissimi cum aliis iuris canonicis disputationibus
1 cessarent, uoluit statutum lib.4.c.12.quod si quis nollet iudicium Capitanei subire, posset in principio litis aut alias tempore debito, ipsum Capitaneum suspectum allegare & consultorẽ petere, qua allegatiõe & petitione secuta, is cuius interest, causam expediri, electionem Consultoris procurabit.
2 Sed quia statutum prædictum & aliud lib. 5.c.41. Disponunt, quod quatenus partes infra triduum de consultore non concordauerint, Capitaneus modo ut infra dicetur consultorem eligat, igitur inoleuit praxis ut

citetur

3 citetur aduerſarius, ad dandum darique ui dédum liſtam ſuſpectorum & confidatorum pri. pro pr.ad.p.d et deinde, ſecundo pro ſecunda & ſubſequenter, tertio pro tertia, in quibus diebus ſeu ſaltem tertia die, dari debent nomina ſuſpectorum in uno folio, & confidatorum in alio, ſi id partibus placuerit, Quibus impletis altera die citabitur aduerſarius ad uidendum extrahi conſultorem, in quo termino Capitaneus appellatio

4 num, in primis animaduertet nomina confidatorum ſi dabuntur & ſi in illis aliquis erit quem fidum ſibi ambe partes nominauerint, illum conſultorem eſſe declarabit, ſin autem eliget decé iuris peritos, a partibus non nominatos, eorumq. nomina ſeparatim deſcripta & inuoluta, in urnam cõiiciet ſorteq. unum extrahet, hicq. conſultor erit, Reliquorum autem nomina per Notarium, aliquo ſacculo incluſa & partium ſigillis (ſi id eis uiſum fuerit ſin autem aliorum) ſignata, conſeruabuntur donec electus acceptauerint, Qua acceptatione ſecuta, aliorum nomina per Notarium deſcribentur in actis,

5 ſin autem electus recuſauerit onus, ſignificata parti recuſatione, eãdemq. citata, alius extrahetur, & alius, donec unus acceptauerit, quæ formæ ex ſupraſcriptis duobus ſtatutorum capitulis, eliciuntur.

Illud

6 Illud autem ſciendum eſt quod allegatio ſuſpectorum in genere ut omnes auditores, omnes canonici, omnes Romani & ſimilia non admittitur, ex ſtatuto li.4.c.16.quod a iure communi non abhorret, Ias.d.l.apertiſſimi nu.10.C.de iudi.

7 Ex eis, quæ narrauimus, apparet, patronum animaduertere debere, & mature conſulere clientem, quos habeat ſuſpectos, ut eorum nomina in ſcriptis edat, quodque caueте debet nomiua confidatorum dare, nam ſi aduerſarius cum eo non concurret, in aliquo ex illis, non poterunt eorum nomina in urnam poni, quia a partibus nominati repe riuntur, ex prædicto ſtatuto lib.5.c.4. ſicq. illis omnino carebit.

8 Hæc autem intermedia tempora electionis expectationis & acceptationis Conſulto ris in fatalibus nõ computantur lib. 1.c.167. lib.4.c.12.& expreſsius lib.1.c.89.uer. tempus autem, quod & iure communi cautum eſt, Ruy.conſi.172.nu.8.uol.4.Hippo. ſingu. 51.inſtantia.

9 Poterit ex iuſta cauſa conſultor extra urbem eligi, & tunc tempora prorogari debẽt, iuxta locorum diſtantiam, quæ nec ipſa in fatalibus computabuntur, ut dicunt ſtatuta præallegata lib.1.c.167.& lib.4.c.12

10 Tempus debitum præponẽdæ ſuſpitionis

a ſtatuto

a ſtatuto requiſitum (nam in initio litis uni cuique licere clarum eſt) erit uſque ad ſententiã excluſiue, ſi talis cauſa allegetur, quæ superuenerit poſt conſenſum in iudicem, & ſit legitima, ad Feli. c. inſinuante nu. 8. de off. delega. & Iaſ. l. apertiſsimi nu. 12. C. de iudi. ideoq. qui caute procedunt, cũ talis ab aduerſario allegatur ſuſpitio, ſi cauſa legitima uel probabili allegatur de facili eam admittunt, ne fugienti aduerſario, anſam præbeãt ulterius protelandi, ut ſæpius factum uidi. Dare autem regulam quando liceat uel quãdo non liceat, nimis ſerioſum, & quodammodo extra propoſitum mihi iſte uidetur, cum multiformiter poſsit euenire.

11 Si quis autem, ſpreta aduerſarii proteſtatione, perqnam petierit conſultorem debito tempore eligi, affectatam ſententiam a Capitaneo reportauerit, nihil aget quoniam ſentẽtia nulla eſt, ex præallegato ſtatuto lib. 4. c. 12. Geminia. c. iudex ab apoſtolica nu. 12 de off. dele. in 6. & ibidem Philip. Franc. nu. 7 Abb. poſt alios quos allegat. c. cum ſpeciali. nu. 12. in fi. de appel. Alex. poſt Bar. l. quia poterat, col. 4. ſub num. 8. ff. ad trebel. & conſ. 89. uolu. 1. Claudius aquen. d. l. quia poterat. nu. 13. qui dicit commu. & quo ad ius ciuile quod attẽdimus ſine dubio procedit, & proprie in ordinario de quo loquimur tenuit Alex.

Alex.conſ.183.nu.4.uer.nec etiam prædictis obſtat, iuncto uer.nec obſtat huic ſecundæ opinioni nu.5.uol.2. præpoſitus.d.c.cum ſpeciali in fi.in ult.quæſt.nu.41.& præſertim in uer. ſolutio hic non allegatur, &c.de app.

De officio Conſultoris Cap. X.

Officium conſultoris quod ſit n. 1.& 5
Conſultor poſt acceptationem, conſilium, infra decennium dare debet, alias mulctatur & illius officium expirat n.1.& 9
Tempus datum Conſultori, poterit per ſignaturam prorogari n. 3
Conſultore electo, Capitaneus ſuper inter medijs prouidet, quia Conſultor iuriſdictionem non habet n. 4
Conſultor, uotum ſua manu ſcriptum ſubſcriptum & ſigillatū, Notario tradere debet n. 6
Forma Conſilij n. 7
Conſilio ſemel Notario tradito, conſultor illud amplius repetere non poteſt n. 8
Sportulæ conſultoris ſunt tantumdem quantum Capitaneo pro illis debetur n. 10

1 Conſultor infra decem dies poſt oneris acceptationem, conſilium in ſcriptis dare tenetur, alioqui eius iuriſdictio expirat, & alius iuxta traditum ſupra modū eligi debet,

2 debet, ex ſtatuto prædicto lib. 1. c. 167. & litem ſuam cõſultor faciet ut infra, igitur conſueuerunt electi, acceptationem differre, uſque quo fuerint a partibus pleniſsime informati, biduoq. aut triduo antequam con
3 ſilium præbeant, acceptare. Quod ſi forte poſt acceptationẽ dubia aliqua emerſerint, uel impedimẽta, adeo quod nõ ſperetur, infra illud decenniũ conſilium dari poſſe, tunc is qui eum conſultorem ſibi ſeruatum uult ad ſignaturam recurrit, ab eaq. Capitaneo committi petit, ut terminum Conſultori datum proroget, quam deinde prorogationẽ parte citata fieri procurabit nec ad longiorem terminum decennii, ut ſupra dixi de executione inſtrumẽtorũ uer. hæc prorogatio.

4 Quamuis autem ſentẽtia, huius electi iudicio, dari debeat; tamen Capitaneus in intermediis iudex remanet, omniaq. acta ut ſunt iurium productiones, impugnationes, teſtium receptiones, publicationes, prorogationes & ſimilia, coram Capitaneo facienda erunt. Quibus uiſis tandem Conſultor ipſe, principalis negocii deciſionem dabit, ex ſtatuto lib. 1. c. 89.

Conſultor igitur, cum ſciet ſe electum, acta ſibi transportari expectet, quibus tranſportatis, beneq penſatis, partes non ſemel ſed pluries & ad plenum audiet, cumque pe-

desfixerit, intentione sua non aliter propā lata, Notarium accersiri iubeat, coram quo & testibus onus acceptabit, subsequenter infra terminum decem dierum, non tamen ante biduum uel triduum, ut dixi, ne minus mature de negocio cognouisse dicatur, & litigatoribus scrupulum iniiciat, ad Fel, c. ec clesia Sanctæ Mariæ n. 16. de constitutio. per
6 Deci. l. is apud quem n. 36. C. de eden. iterum accersito Notario actuario, uotum suum scriptum & subscriptum sua manu, ac clausum & sigillo suo munitum, lib 1. c. 167. præsenti bus testibus & hoc annotante ipso Notario, tradet, nec in hoc partis citatio requiritur, cum actus iudiciarius non sit.
7 Forma Concili. hæc erit.

Magn. D. Capitanee in causa uertente inter Anienum Milonem appellatum ex una & Titum Vulturium appellantem ex alia, de & super prætensa legitima paterna, rebusque aliis &c. mihi consulendā remissa, uisis actis, iuribus, testibus, & attestationibus transmissis, partibusq. cum eorum procuratoribus & aduocatis informantibus in iure & in facto sæpe sæpius auditis, sum in uoto partes dominationis uestræ esse in pronunciando male appellatum per Titum Vulturium & bene iudicatum in Anieni Milonis fauorem & ita pronūciet omni meliori modo ex ædibus

bus nostris dic &c.l.consultor.

Et quoniam eadem est facultas consultoris in corrigendo, supplendo, emendando, & confirmãdo sententiam, sicut & Capitanei, ideo quoq; ea, quæ de Capitaneo inferius dicam, titulo de sententiæ prolatione, hic repetita esse uolo.

8 Animaduertat igitur consultor, antequã concilium actuario tradat, ut rebus rite recteq. pensatis id faciat, nam post concilium traditum, non habebit facultatem illud ulterius repetendi, quia functus officio dicitur Alexandri.c.cum cessante col.17.uers.19.fallit de appella. Qua in re multos grauiter errasse cognoui.

9 Sciat etiam consultor, quod si post acceptationem, consilium infra decennium non tradet, parti ad interesse tenebitur, & pœnam soluet, lib.1.c.89.et c.167.ubi est pœna centum ducatorum, partim parti, partim fisco applicanda, & lib.4.c.12.ubi est pœna ducatorum uigintiquinque, nec ulterius in causa illa eligi poterit d.lib.1.c.89.

10 Sportulæ autem consultoris ex consuetudine sunt eædem quæ Capitanei, idest tantundem quantum pro Capitaneo taxatum esse dicemus. nam quod salarium ipsi Consultori debeatur innuitur statuto prædicto li.1.c.89

De iustificatione & impugnatione sententiæ Cap. II.

Causa appellationis iustificari potest ex nouis testibus & instrumentis, dummodo pars iuret de nouo reperisse n. 1

Testes in prima instantia inducti, & iniuria iudicis non recepti, poterunt in secunda instantia examinari, quamuis non sint de nouo reperti n. 2

Testis examinati in secunda instantia, etiam iurante producente de nouo reperisse, si apparent in prima instantia inducti, nō probant n. 3

Testes de nouo reperti in secunda instantia, an debeant recipi, non obstante publicatione in prima instantia facta n. 4

II *Testes examinati in secunda instantia, producente non iurante, quia aduersarius non requisiuit, probant* n. 5

Iurans de nouo testes aut iura reperijsse, si alias de periurio conuictus sit, non admittitur n. 6

Producens testes nouiter repertos, ultra duas uices non admittitur n. 7

Appellare ab interlocutoriis latis per Capitaneum quo modo & quando possit n. 8

1 SEd quia ex statuto lib. 1. c. 163. causa appellationis per nouos testes iustificari aut impugnari non poterat, licet ex nouis instrumentis & priuatis scriptu-

ris

ris iustificari aut impugnari potuisset, editum fuit aliud statutum, lib. 5 c. 53. quo cauetur, causam appellationis iustificari & impugnari posse ex testibus de nouo repertis, qui tam super articulis in prima instantia datis, quam super articulis in causa appellationis dandis, induci possunt, dummodo pars iuret de nouo reperisse & idem disponitur de instrumentis & aliis scripturis

Plures ex his statutis quæstiones exortas uidi, & alias notaui, de quibus probabiliter
2 dubitari posset, & primo quid si testes fuerũt in prima instantia inducti & nominati, iudex tamen eos admittere noluit, utrum in hoc iudicio, ita prohibente statuto (nam clarum est non nuper sed in prima instantia repertos fuisse) admitti debeant? & arbitror admitti debere, per dictum Alexandrini. c. ut debitus col. 28. uers tertio fallit de appella. statutum enim negligentem aut differẽtem producere, ex præsumpta calumnia excludit, & propterea si purgata calumnia per iurãmẽtum quod sint de nouo reperti, producentem admittit, iure etiam admittere debet eum qui iudicis iniuria a productione in priori instantia exclusus fuit, cui nec negligentia nec dolus aut calumnia obici potest.
3 Secundo dubitari potest & dubitatum uidi, quid si in prima instantia fuerint testes

nominati, non tamen examinati, in secunda uero instantia iidem testes medio iuramento producentis quod essent de nouo reperti, iterum inducti & examinati fuerint, post modum uero detectum fuerit non fuisse nuper, sed iam in prima instantia repertos, utrum illis esset fides adhibenda? & iudicatum scio, fidem adhiberi non debere, ex dicto Paul. de Castr. l. si cum patruo. C. commu. utriusq. iudi. quem laudat & sequitur Feli. c. pastoralis nu. 27. uers. limita tertio de exceptio. & c. ex parte nu. 6. de rescrip. Hippo. sing. 297. testes de nouo.

4 Tertio dubitari probabiliter posset, quid si in prima instantia fuerint attestationes publicatæ, utrum in secūda instantia poterunt alii testes de nouo reperti induci & examinari? & uidetur dicendum quod nō, quia cū post publicationem traditum sit pro regula a iure quod testes recipi non possint auten. at qui semel ubi Bar. C. de proba. c. fraternitatis extra de testi. cle. 2. eo tit. et quādo statutum permittit recipi de nouo repertos in secunda instantia, intelligi debet nisi alia lex obstet, ad nota. per Bar. l. prætor 2. §. eritq. differentia uers 2. casū. ff. ui bon. rap. Roma. cons. 379. in fin. Alex. cons. 50. in fi. uol. 2. Soci. cons. 95. nu. 3. uol. 1. in contrarium tamen facit quia etiam post publicatum sicut &

post conclusum, testes de nouo reperti admitti debent, ut dicit Hippo. post Bar. Bal. Ang. et alios per eum relatos l. 1. §. fi. n. 17. ff. de quæstio. quod etiam supra firmaui dum de publicatione in prima instantia dixi.
5 Rursus dubitari posset: quid si testes per producentem simpliciter idest non expresso quod essent de nouo reperti producti fuissent, aduersario citato, qui nihil opposuisset, utrum eorum testimonium probaret, & probare dicit Feli. d. c. fraternitatis n. 5. uers. sed in quãtum extra de testi. Ias. qui late examinat in repeti. d. l. admonendi n. 11. in fi. ff. de iure iur. cautus erit igitur in hoc is contra quem testes in secunda instantia producuntur, ut exceptionem præsertim hanc opponere non omittat.
6 Sed si is qui nouos testes aut noua iura repetisse asserit & iurat, alias de periurio conuictus fuisset, non admitteretur, sicut nec ul
7 tra duas uices ad huiusmodi productionem admitti deberet, ut dicit Iacobi. de Santo Georg. d. l. admonendi nu. 9. et Ias. ibidem in repeti n. 60. quæ tu patrone diligenter obserua, nam tunc iste qui exclusus est ex periurio, alia uia de nouo reperisse probare debet, ut statuto admittenti repertos de nouo locus sit, ut colligi licet tum ex ratione statuti tum ex dictis Ias. et Iacobi. ubi supra.

Quoniam autem frequenter euenit quod Capitaneus in processu, interlocutorias secundum rei exigentiam profert, ideo is qui ex interlocutoriis se grauari senserit, appellare poterit ad Senatorem ex statuto lib. 4. par. 1. c. 15. quo casu seruanda erunt ea omnia, quæ seruanda esse dixi, supra de appellatione ab interlocutoria, tam de instantia quam de temporibus, & deposito, ac de casibus, in quibus licet uel non licet appellare, nam illa duo quæ in dicto statuto c. 15. continentur, scilicet de instantia quindecim dierum, & de appellatione a desertione, sunt correcta? primum per statutum lib. 5. c. 49. ubi depositum surrogari uidetur in locum quindecim dierum ubi etiam causæ appellabiles declarantur, secundum est correctum per statutum lib. 5. c. 54. quo cauetur a desertionis declaratione non appellari.

De fatalibus siue temporibus appellationis prosequendæ Cap. XII.

Fatalia ex statuto sunt mensium sex n. 1
Fatalia computantur a die appellationis interpositæ n. 2
Fatalibus lapsis sententia remanet a iure confirmata n. 3
Fatalium prorogatio a signatura petitur n. 4

Fatalia

1 Fatalia siue tempora prosequendarum appellationum, licet iure communi uaria sint de quibus per iuristas in toto titulo.C.de temp.et repara.appell.et latissi.per Canoni. quorum hodie seruatur decisio in c. ex ratione extra de appella.

pella.ſtatuto tamen noſtro nouiſsime, cum multipliciter dies quidam & diuerſi, diuerſarum cauſarum reſpectu, præſtituti fuiſſent ad ſpatium ſex menſium, uniformiter præfinita fuerunt, lib.5.c 3.qui ſex menſes com
2 putari debent ut ſupra dixi a die appellationis clemen.ſicut de appella.Abb.d.c.ex ratione in pri.notabili extra eo.tit.de appella.
3 quo ſemeſtri elapſo cauſa remanet deſerta, & prima ſentētia remanet a iure cōfirmata, & facit tranſitum in rem iudicatam auten.ei qui & ibi doc͡to.C.de tempo.et repa.appella. c.perſonas etc. cum ſit et c. reprehenſibilis cum concor.et ibi nota.per doc͡to.extra de appella.Rota de appella.14.alias 98.in no.
4 Cautus igitur appellantis patronus cum uiderit prope eſſe ut tempora labantur, ad ſignaturã recurret,porrec͡taq.ſupplicatione impetrare conabitur, temporum ſiue fatalium prorogationem, quæ ſine ſcrupulo iudicis arbitrio concedi ſolet, qua impetrata parte legitime citata, Capitaneus ad quatuor menſes prorogare cõſueuit, & merito, quia debent eſſe ſecũda fatalia breuiora pri 1
5 mis ut dicit Staphi.de litteris Gra.et iuſti. in 7.par.uerſ.fatalia prorogantur.
6 Euenit quandoque ut patronorum uel etiam clientum negligentia tempora adeo anguſtentur ut pars nec legitime nec etiam ad

ad statim in prorogatione fienda citari possit. quo casu aliquibus uisum fuit, quod si ultima dies termini sit, quod iudex sine citatione prorogare possit arg.nota.per Bar.l.si de meis.§.fi.ff.de arbi.et l.ité illa in pr.n.5.ff. de constit.pecu. & per Soci.l.si quis arbitratu col.10.n.30.uer.2.limi ff. de uerb.oblig.facit quod uoluit Capic.Deci.165.in causa Domini Comitis, ubi ipse uidetur uelle quod in restitutione instãtiæ quam insufflationem spiritus uitæ appellat, partis citatio nõ requiratur per tex.l.2.§.1.uers.quod si ita.C.de tempo.& repa.appell.

Sed uereor contrariam sententiam in casu nostro ueriorem esse, in quo prorogatio in uim rescripti principis fieri debet. quo-
7 niam rescriptum non ante citationem partis, fidem facit, ut in terminis dicit Cassado. post Bar.Egidi.et Roma.de appella.deci.71 ad fi.quo fit ut cum rescriptum non probet iudex in uim illius prorogare nõ possit, nec aliqua lege quod uiderim cauetur quod hæc prorogatio fieri debeat prout erat in casu d.l.2.uers.quod si ita ubi Imperator pollicetur se reparationem concessurum, quinimmo statutum lib.1.c.53.uers.sic tamen, omnem prorogationem excludit salua solius Roma.Pont.auctoritate.

Crederem tamen quod si semel parte cita-

ta fuis-

ta fuisset præsentatum rescriptum, quod daretur facultas prorogandi pluries, ut multoties euenit, quod eo casu ultima die prorogatio fieri posset, sine citatione, quia cessat ratio Cassadori & subintrat ratio d.l.2.uers. quod si ita, præsertim ibi cũ non dubius sed notatus omnibus dies fatalis appareat.

8 Sed dubitatum uidi circa horum sex mensium computationem quo modo ea fieri debeat, an ut menses se offerunt quorum aliqui sunt triginta unius uel etiam uigintiocto dierum an omnium spatium triginta dierũ numero exequeretur, & declaratum uidi singulos menses de quibus in statuto nostro, triginta dierum intelligendos & computandos esse Deci.l.ubi lex in 2.limita.ff.de reg.iur. Bal.l.eos.§.sin autem circa fi.C.de tempo.et repa. appell. glo.l.fi.§. sin autem dubius in uerb.sexaginta.C.de iure delib Anto.de bu. c.licet in fi.de supple.negli.præla.et ibi Abb. Alex.cons.114.col.fi. ad fi.uol.5. et cons.42. col.1.uers.et sic uidetur uol.3.et.l.cum bisestus in apostil.ff.de uerb.sig.Phi.Franc.c.quã sit col.2.de electio.in.6.qui communẽ usum loquendi attestatur Sal.l.fi.in prin.uers.in textualibus, ibi Ang.C.de temp. appella.Soci. reg.318.mensis; Alcia.d.l.cũ bisestus faciunt l.miles.§.sexaginta.ff.de adul.l.ediles aiunt. in pr.ff.de edili.edic.et auten.iubemus.C.de

iudi.

iud.quod & postea reperi tenuisse, Tiraquel. ad l.si unquam in uerb. susceperit liberos nu.169.C.de reuocan.dona.

9 Si igitur appellati patronus cognouerit, ex dierum supputatione & lapsu appellationem esse desertam, citato legitime appellante (nam hoc casu citatio omnino requiritur, Alexandri.c.ex ratione col.19.uers.circa secundam quæstionem de appell.) ad uidēdum pronunciari causam desertam & fatalia perempta, iudex si sibi ita esse constiterit, iuxta petita pronunciabit, & hæc pronuncia siue ipsa desertio, rem faciet iudicatā, etiam ex statuto lib.5.c.54.a qua etiam pronuncia appellare non licet, ut proxime relato statuto cauetur licet alio statuto quod est lib.4. par.1.c.15.appellatio permitteretur, ut etiā de iure permittitur, ad Franc.c.ex ratione in 9.quæst. princi. de appella.quod hoc nouissimo statuto correctum est.

10 Quamuis autem inter iuristas & Canonistas controuertatur utrum iudex ad quem, possit post desertionem, primam sententiam confirmare uel exequi, aut executio ad primum iudicem omnino reuerti debeat, de quibus latissi.per Feli.qui alios cumulat c.ex parte col.5.n.9.de rescrip.et per ipsum & Franc.c.ex ratione, col.28.uers.sexto quæro, de appell.tamen statutum de quo loquimur

mur lib.5.c.54.aperit, quod hic iudex qui de desertione cognoscit, poterit ad partis appellate electionem aut executionem concedere, aut super desertione pronunciare. Stilus autem siue praxis petendi executionem sententiæ, suo loco tradetur.

11 Sed & si appellatio ab huiusmodi desertionis declaratione a statuto nostro prohibeatur, ut dixi supra prox. de reiectione appell. uers. ab hac, putaui tamen quod si appellans doceret de sua diligentia, & appellationem re uera non esse desertam, quod iudex qui eam desertam pronunciauerat, posset & deberet appellantem ab huiusmodi pronunciatione in pristinum statum reponere ut dicit Rot. de appell. 9. alias 74. et eo. ti. 12. alias 86 in no. sequitur Phi. Franc. d.c. ex ratione, col. 23. uers. 2. quæritur a sententia lata super desertione, per quas decisiones cum semel in facto contigisset id fieri obtinui.

12 Meminisse oportebit in dierum supputatione si forte inter partes compromissum in hac secunda instantia factum fuisset, uel conuentum quod per certa tempora lis suspenderetur, aut indutiæ essent, tempora per quæ compromissum aut suspensio durauit computanda non esse Clemen. quam diu de appella. Abb. c. ex ratione col. 2. uers. sed circa & ibi Feli. col. 1. uers. 2. dum firmat & Phi. Franc.

Franc.qui late proſequitur, col.7.uer.6.quæ ritur an idem, extra de appella.penes quem Philipp.ibi, cognoſcere poteris, de aliis impedimentis quæ occurrere pendentibus fatalibus poſſunt, & quæ ipſo iure curſum fatalium impediant, & quæ reſtitutioni in integrum locum eſſe faciãt. nam de temporibus petitionis & electionis conſultoris dixi.ſ.de ſuſpitione Capitanei uerſ.hæc autem.

13 Sed & admonere libet, quod & multoties euenire uidi, quod multi appellantes qui appellatum diutius fruſtrare uolunt, pendente appellatione cauſam attemptatorũ introducunt, putantes donec materia attẽptatorum diſcutiatur, in principali negocio ſuperſedendum eſſe & fatalium curſum impediri, ad Feli.poſt Butri.Abb.et Rot.ubi per eum c.ex ratione col.2.n.4.de appella.c.non
14 ſolum eo.tit.in 6.quorum quidem ſententia ita demum procedit, ſi is qui de attẽptatis oppoſuit, in ipſa cauſa attẽptatorum obtinuerit Ro.deci.102.alias de appell.15.in nomilis in ſuo reper.in uerb.attentata Alexandri.c.ex ratione col.6.uerſ.quarta principalis. & ibi Franc.col.9.uerſ. circa tertium, & ibidem Feli.nu.15.de appella. et propterea caueant ne ſibi interim fatalia labãtur, ipſiq. ſuo gladio pereant.

De sententiæ prolatione Cap XIII.

Causa

1 Causa igitur instructa partibus plene auditis iudex quid agendum sit mature circumspicere debet, nam si uiderit sententiam bene latam, illam confirmabit, si male latam infirmabit, concipiendo uerba bene uel male fuisse iudicatum, uel appellatum, & ideo sententiam confirmandam uel infirmandam, ad Bart. l. si expressim colum. prima de appellatio. & si prima sententia quæ reum appellantem condemnauit sit iniusta, pronunciabit male iudicatum & bene appellatum & appellantem absoluet, si uero appellatum absolutum iniuste cognouerit, male iudicatum & bene appellatum pronunciabit; & appellatum condemnabit, in id in quo de iure ueniet condemnandus. Poterit etiam partim confirmare, & partim infirmare, sicut per diuersa sententiæ capitula uiderit expedire. Nec non & primam sententiam modificare poterit, addendo corrigendo minuendo & modificando. Quod si primam sententiam nullitatis uitio subiacere cognouerit: pronunciare poterit super uacuo appellatum, quia sententia nulla, & insuper eodem contextu uel condemnare uel absoluere in negocio
2 principali, pro ut sibi suadebit iustitia, quoniam per appellationem omnem causam ad Capitaneum deuolutam esse intelligatur,

Hæc nuncupatim tradũtur per ſtatut.lib.1. c.173 quæ ſemper inuiolata ſeruata fuerunt & ita fere ita ſe habent de iure communi, ad Bar. et doct.o.l. ſi expreſſim.ff. de appella. et l.pri.C.quando prouoca.non eſt neceſ.

3 Sportulæ in omnem caſum, ſiue cauſæ ſint commiſſariæ ab initio, ſiue non Capitaneo debentur cuius quantitas moderatur a ſtatuto lib.5.c.55. et licet ſtatutum illud prouideat quod ſportulæ tantum pro definitiuis debeantur, tamen ex conſuetudine etiam in interlocutoriis uim definitiuæ habentibus dari conſueuerunt, ut in reiectionibus

4 appellationum, & pronunciis deſertionum, quæ definitiuæ non ſunt, ut dicit Rota de appella.12.alias 86.in no.et Francus.c.ex ratione col.23.uerſ.2.quæritur an ſententia lata ſuper deſertione, extra de app. et hæc cõſuetudo erit attendenda per ea quæ ſupra dixi, in prima parte in titulo de ſententiæ prolatione in ordinariis, uerſ.ſportulas. Vltra quam præfinitam quantitatem, ſi iudex acceperit punitur, ſi pars dederit punitur, & ſententia nulla remanet, ex ſupraſcripto ſta

5 tuto. Igitur in depoſito fiendo adhibenda erit proteſtatio, de qua dixi dicto titulo de ſententiæ prolatione in ordinariis, uerſi. eo igitur caſu.

6 Cauſæ mercedum & miſerabilium perſonarum

narum ab hac sportularũ solutione excipiun tur, ex dicto statuto. Igitur iudices ab illarum exactione caueant. quæ autem dicatur miserabiles personæ, dixi remissiue supra titulo de causis summariis, uer. utrum autem appellatione miserabilium personarum.

7 Sportulis igitur præparatis citabitur reus, illiusq. procurator sub hac forma. Corã D. Capitaneo. Appellationum Ro. Casalis citetur Titus Vulturnius ex aduerso principalis, & Aufidius Bollio eius procurator, ad deponendum deponiq. uidendum sportulas, animo tamen repetendi, deferri iuramentũ in supplementum quatenus opus sit, concludendum & audiendnm sententiam ad i.d. instante Nigidio Figulo princip. Quod si causa de uoto Consultoris cognoscetur, tunc hæc erit forma. Ad deponendum deponiq. uidendum sportulas tam pro D. Capitaneo quam pro D. Consultore, animo tamen repetendi, uidendum iurare testes super recognitione manus & sigilli D. Consultoris aperiri consilium, cõcludendum & audiendum sententiam ad i.d. Quo termino seruato, ut dixi supra de sententiæ prolatione in ordinariis, Iudex uel iuxta suum iudicium uel Consultoris consilium, ut res erit pronunciabit.

8 Forma sententiæ definitiuæ hæc erit.

Nos Caius Menius I.V.D. ad præsens Ro.

Po. & Capitolinæ Curiæ appellationũ & nullitatum Capitaneus, cognoſcentes de lite & controuerſia, quæ primo corã d. primo Collaterali, & nunc coram nobis in ſecunda inſtantia pendet indeciſa, inter Aulum Poſtumium appellantem, & Mutium Scæuolam, eius procuratorem, ex una, & Publium Cornelium appellatum, & Quintum Tuberonem, eius procuratorem ex alia, de & ſuper uendicatione agri Bouillæ nuncupati, rebusq. aliis in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi coram nobis introductis uirtute inſtrumenti appellationis, cuius tenor talis eſt, In dei nomine &c. Vnde uiſo per nos dicto appellationis inſtrumento, ac actis & iuribus tum prioris inſtantiæ corã nobis tranſportatis.

Cum etiam coram nobis factis & celebratis, partibusq. cum eorum procuratoribus & aduocatis informantibus & allegantibus tam in iure quam in facto ſæpe ſæpius auditis omnibusq. mature uiſis & conſideratis, quæ uidenda & conſideranda fuerunt, uiſaq. poſtremo citatione (& illius diffuſione (ſi diffuſa fuerit) ad hanc noſtram ſententiã audiendam pro hac die & hora coram nobis legitime facta, talem in huiuſmodi cauſa inter partes prædictas, (de uoto Africani Conſultoris, ſi uotum dederit) ſententiã damus,

profe-

proferimus, & promulgamus in his scriptis, & hunc, qui sequitur, modum, & formam uidelicet.

Christi Benedicti, eiusq. Gloriosæ Matris uirginis Mariæ nominibus inuocatis pro Tribunali sedentes, & solum deum præ oculis habentes per hanc nostram definitiuam sententiam, quā (de uoto Consultoris (si aderit) ferimus in his scriptis pronunciamus, sententiamus decernimus, & declaramus: & hic iudex sua manu uerba sententiæ subnectet.

9 Ab hac sententia si fuerit primæ sentētiæ conformis, non licebit appellare, ex statuto lib.4.par.1.c.16.& lib.5.c.47.licet iure cōmuni secus l.unica.C.ne liceat in una eadēque causa tertio prouoc.de quo late per Frācum c.si recte alias directe de appella.col.3.uer.2. conclusio, quod intelligitur a qualibet parte ut ibi ipse declarat. nam si is, qui in prima instantia obtinuit in secunda succumberet, non esset propterea is, qui succubuit in secunda, prohibitus appellare.

10 Et quoniam, ut prædixi, Capitaneus nulla declarata priori sententia, poterit iterato super negotio principali pronunciare, animaduertendum erit quod si ab ea sententia Capitanei quæ scilicet primā sentētiam nullam declarauerit & ipse iterato pronūciauit

appellari contingat, appellatio ad Senatorē interponenda & repræsentanda, iustificanda & prosequenda erit, eodē modo quo dixi faciundum, coram Capitaneo ex statuto lib. 4. par. 1. c. 15. arbitror quoque quod sufficeret appellationē infra quinq. dies corā Senatore repræsentasse, quia hæc corā Senatore secunda instantia erit, & non tertia; cum prima sententia sit nulla declarata, & in secunda instantia appellatio repræsentatur infra quinque lib. 1. c. 16.

De tertia & ulteriori instantia Cap. XIIII.

Appellatur a Capitaneo ad Senatorem, si sententia Capitanei non sit primæ conformis n. 1

Appellatur rursus ad Capitaneum, si tertia sententia Senatoris non sit nec cum prima nec cum secunda conformis n. 2

Appellatio in tertia instantia debet infra triduum repræsentari n. 3

Termini abbreuiantur in tertia instantia quia etiam fatalia angustantur. n. 4

Terminus iuris datus per Capitaneum appellationum, est dierum trium n. 5

Appellationum causæ, eodem modo instruuntur in tertia instantia, sicut in secunda n. 6

Senator

Senator in tertia instantia, est suspectus, si in prima ipse, uel sui officiales iudicauerint n. 7
Persona dicitur eadem, quàuis dignitas uel officium mutetur. n. 8
Fatalia tertiæ instátiæ sunt mensium quatuor n. 9

1 SI igitur secunda sententia primæ sententiæ cõformis in totum uel in parte nõ fuerit, licebit pro ea parte pro qua conformis non fuerit, appellare, ex statuto lib. 1. c. 167. quæ appellatio ad Senatoré negocium deuoluit ex statuto prædicto. Sed si Senator sit, aut illius collaterales qui primam sententiam tulerint consultor eligi debet, ut infra dicam uers. si in prima.
2 Sic et si sententia in tertia instantia per Senatorem ferenda, nec cum prima nec cum secunda conformitatem haberet, iterato ad Capitaneo appellandum esset: & si Capitaneus de aliis prioribus cognouisset, consultor omnino esset eligendus, eo modo quo supra de electione cõsultoris dictum est, ex statuto lib. 4. par. pri. c. 16.
3 Seruatis igitur in appellãdo sollẽnitatibus quæ supra seruãda esse dixi, appellatio corã Senatore infra triduum a die appellationis interpositæ repræsentanda erit lib. 1. c. 167. nam in locum illorum quinque dierum, qui dantur a statuto ad repræsenrandum in se-

cunda instantia, in tertia tres merito subro-
4 gantur, cum termini abbreuientur quando instantia seu fatalia angustantur, Inno.c. de causis in pri.extra de offi. dele.

Hoc in loco animaduertendum est, quod si quis a Capitaneo appellans ad iuris terminum monitus esset, iuris terminus esset dierum trium, cum sit ille idem terminus qui ad repræsentandam appellationem datur lib.5. c.48. et sic dierum trium ex statuto prædicto lib.1.c.167.

6 Appellatione repræsentata, quæ dixi obseruanda esse in secunda instantia, hic in tertia attendēda erunt cum circa reproductionem & repetitionem iurium, cum etiam ob seruationē desertionum, iustificationem & impugnationem appellationum, & reliqua quæ ibi notaui.

7 Si in prima instantia Senator aut illius officiales qui primus & secundus Collaterales sunt, iudicauerit, consultor iuxta modum supra in secunda instantia traditum, eligi debet, cuius consilio ipse Senator causam decidere debet, & quamuis disputari posset utrū eo casu quo Senator aut illius officiales in prima instantia iudicauerint, Consultor petentibus tantum partibus, uel etiam non petentibus eligēdus sit, per ea quæ dixi supra in ordinariis de præfixione dilationum, ta-

Z men

Termini abbreuiantur quando fatalia angustantur.

men admoneo patronum qui clienti suo con sulere uult., ut Consultorem iuxta formā supra traditam eligi procuret, ex qua electione non solum disputationem & dubium euitabit sed etiam labori quod in informando affectamentum subire posset facillime parcet, & se unius Consultoris uoto liberabit, licet cōsultius sit in dubiis articulis quatuor quam unius uotum habere.

8 Dubitari posset circa hanc personarum idemptitatem, quod si ille, qui ut Capitaneus iudicauit, efficiatur Senator, uel primus uel secundus Collateralis, uel ex cōtrario, utrum ille sit a facultate iudicandi exclusus adeo quod electioni Cōsultoris locus sit & locum esse Consultori tennit Bart.l.eos in prin.quæst.2.C.de appella. faciunt dictæ per eundē.l. nemini.C.de aduoc. diuer.iudicio.

9 Fatalia huius tertiæ instantiæ quatuor mēsium sunt ex statuto libr.5.ca.3.& propterea qui ea labi uiderit, & sua interesse arbitrabitur, illorum prorogationem a signatura obtinebit, ut supra dixi de fatalibus causæ appellationis, quo in loco uidere etiam licet quæ ibi circa impedimenta & restitutiones & reliqua animaduertenda censui.

De

De reductione sententiæ arbitrorum, deq; illius nullitate, Cap. XV.

Dies

Reductio

1 Qui iudicia subire detestantur, quod uirum bonum decet.l.item si res.§.fi.ff.de aliena.iudicii muta.causa facta gl.l.illud.§.quid tamen.ff.de trib.actio,eorum controuersias & quæstiones in arbitros siue arbitratores compromittunt,de quibus
2 multi,& quidem egregii uiri, plenissime tractarunt, multoties quoque a iudice partes compromittere coguntur, ut per Feli.extra de treuga & pace in rub.et in c.pastoralis de rescript.late per Marcum Ant.Blanc.in tra-
3 cta de Arbi.quæst. quarta. Sed & statuta nostra inter consanguineos certi gradus & affines primi gradus affinitate durante compromissum in causis non liquidis certis modis & temporibus fieri præcipiunt, de quibus abunde lib.4.par. pri.c.9. et lib.5.c.40.
4 & 42. Sed & si lis inter magnates,& Illustres quos Barones appellant ex una, & ciues siue aliquos

aliquos de populo ex alia orta sit & ciuis siue popularis compromissum fieri petat, causa ipsa compromitti debet, in duos populares, de quo per statutum lib. 1.c.150. et li.3.
5 c.41. his igitur casibus si per arbitros pronunciatum fuerit, nō licebit appellare ex statuto lib 1.c.169.et 170. Sed ne sine remedio oppressus relinqueretur statuta prædicta uoluerunt, quod si quis prætenderet arbitrorum sententiam nullam, aut se ex ea enormiter lesum, posset de nullitate dicere aut reductionem ad arbitrium boni uiri petere, ut statim dicam.
6 Si igitur nulla arbitrorum sententia prætendatur, quamuis iure communi de illius nullitate dici posset infra annos triginta. l. sicut. C. de præscrip. trig. anno. c. in nostra extra de procura late per Franc. c. dilecto in 5. quæst princ. extra de appell. tamen per statutum quod est lib. 1.c.169. ea nullitas deduci debebit coram Capitaneo appellationum infra dies decem, a die lati arbitrii numeran-
7 dos, coram quo infra dictum decendium, patronus suam petitionem parte legitime citata offerre debebit, post cuius petitionis oblationem, lite aliter non contestata, ceterisq. iuris solemnitatibus omissis, (nam hæc
8 a statuto lib 1.cap.170. in fine remittuntur) Actor suam nullitatem infra quinq. dies utiles

les, a die dictæ oblatæ petitionis numerandos, iustificare debebit, quibus quinq. diebus elapsis, & nullitate non iustificata, prima sententia arbitri firma remanebit, ut dicit statutum prædictū lib. 1. c. 169 ex quibus
11 statuti uerbis ibi prima sentētia firmare maneat tenuit Corne. consi. 302. uisa petitione col. pen & fin quod nec etiam per uiam exceptionis nullitas ulterius deduci poterit, de quo ãplius infra suo loco me dicturū spero.
Breuissima sunt hæc statuti tempora, & uix est ut infra quinq. dies utiles possit nullitas deduci & iustificari, & ex his quæ dicuntur in alio & sequenti statuto post prædictū, multoties credidi dictum statutum d. c. 169. esse Mancum, & Mutilum ut in eo deficiant illa uerba quæ in sequenti capitulo quod est eodem lib. 1. c. 170. admodum simili prædicto c. 169. legūtur, uidelicet quibus elapsis iudex
12 allegationibus partium auditis causam decidat infra quindecim dies utiles, a die petitionis in antea numerandos, quo etiam loquendi modo statuentes in plerisq. locis usi sint sed cum meum non sit corrigere statuta, & emendatiorem codicem non inuenerim, admoneo patronū & in prorogationibus a signatura obtinendis studeat, alioqui clientem in periculum detrudet.
De deposito autem, an & quando requiratur,

ratur, uide quæ infra proxime dicam uerſ. meminiſſe & in titulo de nullitatibus uerſ. diligenter uſq ad uerſ. in termino.

Qui uero omiſſa nullitate, uel quia non adſit uel quia eam proſequi nolit, ſed grauamẽ illatum ad boni uiri arbitrium reduci cupit (quoniam & ipſe quoq. appellare prohibitus eſt, tum iure communi l. pri. ubi doƈto. C. de arbitris, de quo late per Marcum
13 Ant. Blanc. qui ponit regulas & limitationes d. traƈtā. de compromiſ. q. x. in pri cum ex ſtatuto noſtro de quo loquimur lib. 1. c. 170.) infra decennium a die late ſententiæ numerandum, parte legitime citata, ſuam petitionem offerre debet, in qua facti ſerie narrata ac expreſſa leſione, ut melius potuerit, concludendo, petet ſententiam ad boni uiri arbitrium reduci, qua petitione oblata infra
14 quinq. dies utiles a die diƈtæ petitiōis numerandos, de iniquitate & enormi leſione docere debet, Quibus elapſis curabit ut cauſa infra alios decem dies utiles terminetur, nam ſi per iudicem infra diƈtum tempus non terminetur, prima ſententia firma remanebit, qui igitur tempus labi dubitabit, prorogationibus a ſignatura impetrandis innitetur.

Super huiuſmodi autem reduƈtione, non opus erit alia litis conteſtatione, aut quauiſ

alia iuris solemnitate, sed sola ueritate inspecta procedi debet, ut dicit statutum prædictum c.170.in fine.
15 Sed quoniam hæc duo statuta, de nullitate & reductione loquentia, dicunt supputationem dierum decem ad dicendum de nullitate, reductionem petendam a die late sententiæ faciendam esse, animaduertendum duxi hoc ita demum uerũ esse, si pars in prolatione sententiæ fuerit legitime citata, alioqui non nisi a die sententiæ computabuntur ut dicit Aymo Crauett. de antiqui. tempo. par.2.n.2. post Corn.conf.17.col.4.uol.4.
16 Meminisse etiam oportebit, quod si sententia uel etiam laudum, de quo infra dicturus sum, inter consanguineos latum fuerit is qui uel de nullitate dicit, uel reductionẽ petit, depositum infra triduum facere debet, uel si de re immobili agatur, res ipsa in sequestrum dari debet, ut infra dicam titulo de causis nullitatum uers. diligenter usq. ad uers. in termino.
17 Sed quid si quis iure iurando in compromissi celebratione affirmauerit, se reductionem sententiæ arbitri non petiturum, & infra decem dies non petierit, utrum ex hoc excusari debeat, si post decem dies, iuramenti relaxatione impetrata, uelit reductionem petere, quasi antea non potuerit, iuramenti uinculo

uinculo obſiſtente? & excuſari non poſſe reſpondit Felix.ex transmiſſa col.pr.uerſ.pro tāto dixit Ludouicus, extra de præſcriptio. poſt Ludo. Ro.ubi per eum quem ſequitur apoſtilla: ad Lanfrancum in tracta.de arbi. in ulti.par.q.14.in pr. ea ratione quia ſibi imputandum eſt quod infra terminum iuramēti relaxationem non petierit, ſed hæc con-
18 cluſio etiam ex alio capite uera eſt. nam iuramentum in compromiſſo appoſitum, recipit tacitam conditionem, ſi æque Arbiter fuerit arbitratus.l.ſi libertus iurauerit.ff.de ope. liber. Bar.l.ſi ſocietatem.§. arbitrorum nu.31.ff.pro ſocio &.l.fin. ubi Ias.latiſsi.ff. qui ſatisda.cog.per canoni.c.qnintauallis extra de iure iur. donec igitur apparuerit arbitrum æque arbitratum eſſe, altera partiū interim reclamante, neque pœna committetur, neq. periurium erit deſertum, ut dicunt docto.in locis præallegatis.
19 Vnum admonere uolo patronum, ut ſe diligenter informet a Cliente in quota parte ſit læſus. nam ſi læſio eſſet modica, tunc reclamandum non conſulat. nam in modica quantitate arbitros ledere poſſe compertum eſt Bar.d.l.ſocietatem.§.arbitrorū n.25. uerſ.quæro quæ dicatur magna.ff. pro ſoci: Soc.conſ.120.nu.7.uol.2.Decius.conſ.39.iuridicum in fine.

20 Sed numquid iudex super reductionẽ ad arbitrium boni uiri aditus, posſit de nullitate laudi cognoſcere? & poſſe tenuit Franc.c.di lecto in xv.quæſt.princ.extra de appell.poſt Archi.Butri.Panor.et Imol.ubi per eum, ea ratione quia reductio ſapit naturam appellationis, & totum negotium deuoluit. Quid autem ex contrario, ideſt numquid iudex ſuper nullitate aditus poſsit de læſione cognoſcere per Franc.d.c.dilecto q.30.qui idẽ tenet & refert eos qui contrarium ſenſerũt.

21 Et quamuis ſtatutum in aliis prohiberet appellationem iuſtificari ex nouis, ut ſupra de iuſtificatione appellationis dixi, tamen hoc caſu permittit ſimpliciter de iniquitate & enormi læſione probari, quod & iure communi permittitur, Lanfranc.in.d.tracta.de arbi.in ult.par.q.16.poſt Bar.d.§.arbitrorum qui tantum loquuntur de arbitratore, ut infra dicam.

22 Hæc duo ſtatuta, de quibus tractamus, ut ex eorum lectura apparet, loquuntur de ſententiis arbitrorum, de laudis autem arbitratorum nihil omnino diſponunt, & tamen longa eſt differentia inter arbitros, de quibus in iſtis ſtatutis fit mentio, & qui aſſumuntur ad litis deciſionem; & arbitratores qui aſſumuntur ut plurimum ſuper contractu de quorum differentia & modo cognoſcendi ui

ſendus

fendus eſt Bart.d.§.arbitrorum q.pri.nu.7. cum quinque ſequentibus & Bal.l.pr.col.pr. uerſ.item oppo C.eo.tit.Lanfranc.d.tracta. de arbi in ulti.par.quæſt.pri.cum quattuor ſequen.

23 Cum igitur hæc duo ſtatuta lib.1.c.169. & 170.ut prædixi loquantur de ſententiis arbitrorum,de laudo autem & arbitratoribus nullam omnino faciant mentionem, & ſen-

24 tentiæ appellatione laudum non contineatur ut dicit Lanfranc.d.tracta.de arbi.in pri. par n.38.ubi additio,puto ego,ſaluo ſemper iudicio meliori, quod alia ſit ſeruanda forma in reductione petēda a laudis arbitratorum, ſi ut arbitratores proceſſerunt & laudarunt;quam quæ traditur a ſtatutis prædictis, & hæc erit iuris communis, quia caſus

25 omiſſus in ſtatuto in iuris diſpoſitione remanet.c.2.de translatio.Epiſc.Soci. conſ.9. n.4.uol.1.et in caſu omiſſo ad ius ciuile recurrendum eſſe uoluit ſtatu.lib.5.c.37.

26 Hoc igitur caſu reductio peti poterit infra annos triginta,ſecundum magis commu. opinio.de qua per docto.d.§.arbitrorum, & per Canoni.c.quintauallis extra de iure iur. per Lanfranc.in d.tracta de arbi.in ulti.par. q.20 et per Marcum Ant. Blanc.in tracta. de compromiſsis in ulti.par. nu. 18 uerſ. ſecus.

Et quamuis longa ſit diſputatio, utrum hoc caſu reductio peti poſsit, ſiue appellari, quod a pari procedunt ſecundum Mar. Ant. Blanca d. tracta. de arbi. in ulti. par. nu. x 1. ut ipſe ibidem diſputat, tamen in caſu noſtrorum ſtatutorum res eſt ſine dubio quoniam ex ipſis datur executio ſententiis arbitriis & laudis li. 1. c. 92. et propterea reductio hoc caſu abſq. dubio, & infra prædicta iuris com munis tempora peti ut arbitror, poterit.

Nec obſtat prædictis ſtatutum, quod pro xime retuli lib. 1. c. 92. dum dicit quod iudex teneatur exequi arbitria & lauda quibus nõ fuerit contradictum, quia non ex hoc reclamandi facultatem aufert, nec tempus ad eandem interponendam a iure datum minuit aut tollit & illa uerba ſtatuti prædicti, & non eſt facta proſecutio appell. infra tempora a ſtatuto præfixa, referri non poſsint ad aliud quam ad uerbum ſententiæ de quo in principio cum ab arbitris ſit ut dixi appel latio probibita ex dicto ſtatuto 170. Quin immo in caſu prædicto non ſolum poterit re ductio peti, ſed coram Iudice ſuper executione adito, exceptiones nullitatis & enor miſsimæ læſionis deduci, ut dicit Lanfranc. d. tracta. de arbi. in ulti. par. q. 20. uerſ. ſecun dus caſus.

27 Sed poſtquam cauſa huiuſmodi reductio-

nis laudi fuerit in iudicio deducta, quantum tempus dabitur ad prosequendum reclamationem siue petitam reductionem? & aliqui tenuerunt esse idem tempus quod datur causæ principali, quod tempus ex statuto nostro est unius anni lib. 5. c. 3. alii uero quos refert Lanfranc. d. tracta. in ulti. par. quæst. 21. tenuerunt esse idem tempus quod est præfixum causæ appellationis, quod esset ex prædicto statuto sex mensium, & quamuis hæc secunda opinio mihi magis consonet, rationibus adductis a doctoribus eam tenētibus quas hic consulto omitto, tamen ipse Lanfrancus primam opinionem de consuetudine seruari testatur, cui contradicere non
28 audeo.

An autem pendente causa reductionis laudi ad uiri boni arbitrium, exequi posset, statutum quod proxime retuli lib. 1. c. 92. uidetur inuere quod non. nam illa tantum lauda executioni demandari præcipit, quorum uirtus per reclamationem uel contraditionem non est suspensa, & ita etiam circumscripto statuto tenet Panor. et Imol. d. c. quintaualis extra de iure iur. quos refert Frāc. d. c. dilecto in decima princ. quæst. in quarta limita. Et per cōsequens, si quid reclamatione pendente innouetur, per modum attemptati ueniet reuocandum ad c. non solum cum

 nota.

nota, de appella. in 6.

29 Quid autem si arbitrorum sententia siue arbitratorum laudum, fuerint a Iudice de reductione cognoscente confirmata, an tunc ulterius appellare siue reclamare liceat, uisendus erit Lanfranc. d. tracta. de arbi. part. ulti. q. 22. et Philipp. Franc. d. c. dilecto. in x. princip. quæst. uers. 4. limita & omnino Mar. Ant. Blanc. d. tracta. de compromissis in ulti. par. n. 19. qui late differit recitando fundamenta octo uel nouem doctorum tenētium appellare non licere, & aliorum fere duodecim docto. tenētium appellare licere, & non nullorum distinguentium inter laudum arbitratorum, & sententiam arbitrorum, & alios qui propter dubium cōsulere noluerunt, magis cōmunē tamen opinionem esse quod liceat appellare, dicit Paris cons. 45. n. 93. uol. 1 post Alex. cons. 106. uiso themate uol. 3. licet Blanc. ipse aliter sentiat et distinguat.

LIBER

LIBER SEXTVS.

De causis nullitatum Cap. I.

rat deducta, non erit facultas dicendi de nullitate praeclusa n. 41

Clausula, saluo iure dicendi de nullitate, in appellatione quid operetur, & an sit necessaria n. 41

CAusæ nullitatum de mente Philippi Franchi qui egregie de illis tractauit
1 in c. dilecto de appella. quinq modis cognosci possunt primo per uiam appellationis appellando a sententia nulla: secundo dicendo de nullitate incidenter & accessorie ad appellationem, quia in omni appellatione tacite nullitas includitur, tertio de nullitate expresse insimul cũ appellationẽ. quarto principaliter & de per se, absq. aliquo remedio appellationis principaliter iudicẽ adeundo. quinto per uiã exceptionis, coram iudice exequente. inter quos modos maximum discrimen colligitur ut ipse Francus late prosequitur d. c. dilecto, quæ. 54.
2 De quarto igitur modo loquitur statutum de quo tractare hic intendo lib. 1. c. 157. quod facile dignoscitur ex uerbis statuti requirentis oblationem petitionis & præfigentis terminum ad probandum & dantis instantiam ad expediendum, ex quibus hæc argui & demonstrari dicit Franc. d. q. 54. circa med. uers. his sic præmissis, & rursus in q. xi.

Et

Et uere & proprie dicere de nullitate est adi te iudicem per uiam querelæ.c.concertatio ni & ibi archidiac.de Appella.in 6.l. expressim.ff.de appell.idem Lanfrancus d.c.dilecto quæst.27.uers.et præmitte.

3 Qui igitur nullitatem alicuius sententiæ difinitiuæ(nam de interlocutoriis infra dicam)coram Capitaneo appellationum, principaliter introducere uult, is suam petitionem formabit, in qua narrabit seriem facti, dicendo sententiam contra se latam per Labeonem iudicem uitio nullitatis subiacuisse & subiacere, causis & rationibus ex actis colligibilibus, et suis loco & tempore deducendis, & allegandis, uel quia lata contra formam iuris & statutorum, propterea concludendo petat dictam sententiam nullam declarari, irritari, & annullari, siue irritam & nullam declarari, & aduersarium in expensis condemnari.

4 Hæc petitio ita generaliter sustinebitur reo non opponente, sed si is peteret causas nullitatis siue ipsas nullitates exprimi, tunc actor cogeretur exprimere, ut dicit Alexandri.d.c. dilecto in 5.princ.quæst.uers. succedit quæstio, Franc. ibidem quæst.13.et 14. quo in loco tractant quid si libellus sit generalis, & prosecutio spetialis, utrum succumbens ex spetiali causa deducta, posit aliam deducere,

deducere, & quid si libellus fuerit spetialis, an & aliæ possint deduci, ad quem recurras quia non intendo tam breui compendiolo totas materias quas perfuntorie attingo pertractare.

5 Quamuis autem libellus & litis contestatio iure communi in hac principaliter intentata nullitate requireretur; secundum relata per eundem Francum in d.c.dilecto in undecima & duodecima quæst.et ex cõsequenti ordinarie procedendum esset, tamen statutum de quo loquimur, & libellum & litis contestationem excludit, sola petitione breuiq. termino ad probandum, breuioriq. ad expediendum contentus.

6 Actor igitur post oblatam, parte legitime citata, petitionem, & obtentam inhibitionem; si id sibi expedire uidebitur, transportatis quam primum poterit actis & processu prioris instantiæ, infra octo dies utiles suam intentionem iustificare conabitur, quam si non iustificabit, sciat se a facultate iustificandi exclusum etiã ex apertissimis uerbis statuti: nam reliqui dies ad causam expediendam præfiguntur.

7 Igitur antequam petitionem offerat, diligens patronus preparabit omnia quæ ad iustificationem nullitatis deducendo nouerit opportuna, ad hoc ut quasi ex promptuario

infra

infra terminum, probationem & intentionis iustificationem promere possit, quod si necessitas hæc ut dico fieri non permittat, tunc ad refugium signaturæ conuolabit, a quo nominatim prorogationem termini probatorii & decisorii (si dubitet infra terminũ de quo statim dicam causam expediri non posse) iudici committi obtinebit, & si utrumque terminum prorogandum uiderit opportunum, parte legitime citata ad dicendum contra commissionem in actis præsentatam, uel præsentandam, (si præsentata non fuerit) & uidendum prorogari terminum, tam ad probandum, quam ad expediendum, iuxta formam illius, prorogationem a iudice cuius arbitrio committi solet, impetrabit, quæ ad tantumdem terminum fieri debet, ut dixi. §. de executione instrumentorum uers. hæc prorogatio.

8 Consueuerunt aliqui uel uersuti, uel etiã minus periti in supplicationibus prorogationum apponere uerba illa, committere & mandare, ut instantiam causæ huiusmodi, quæ in totum metam dierum quindecim utilium incluso termino probatorio non excedit, quatenus duret proroget, quatenus uero lapsa sit, alium terminum loco instantiæ præfigat, attẽto quod in prima instantia, sub qua iustificatione a minus in tanta negociorum

rum copia animaduertentibus Referendariis commiſsiones quandoque extorſerunt, quærentes exinde lapſas inſtantias reparare. quod negotium cum per reformationem ad ſignaturam deferretur, demonſtrato ſtatuto per quod declaratur quod perempta instantia non ſolum inſtantia ſed etiam lis ipſa perit.d.lib.1.c.157.ex qua litis morte ius parti quæſitum intelligitur, ſicut ex peremptione fatalium, cui iuri quæſito, obſtante maxime Cancellariæ regula de iure quæſito non tollendo per ſignaturam derogatum non cenſetur, fuerunt per ſignaturam non ſemel ſed pluries commiſsiones reſtitutionis termini prædicti ad uiam iuris reductæ. qua reductione ſtante, lis ipſa, & inſtantia, ac facultas ulterius de nullitate dicendi, perempta declarata fuit. igitur in prædicto & ſequenti termino aduigilandum cenſeo: quia ex negligentia maximum damnum clienti, afferri poſſet. 8

9 Diligenter etiam animaduertere debet patronus, in qua cauſa de nullitate dicat, nā ſi cauſa principalis fuerit ſuper executione inſtrumentorum, teſtamentorum, uel ſententiarum, uel dicatur de nullitate laudorum, ſiue ſententiarum arbitrorum uel arbitratorum inter conſanguineos latorum & de pecunia uel re mobili agatur, tunc depo- 10

ſitum

ſitum faciendum erit, iuxta formam ſupra traditam de depoſito fiendo in cauſis appellationum, quod ſi quæſtio fuerit de re immobili, eiusdem rei fieri debebit penes idoneā perſonam, per Iudicem eligendam, ſeque ſtratatio, ad effectum ut ſequeſtrum uincenti reſtituatur, & hæc ex ſtatuto lib. 1. c. 166.

Sed illud quidem ſtatutum, quod non ſolum in cauſa nullitatis ſed etiam in cauſa appellationis depoſitum fiat, cum terminū ad deponendum non præfigeret, nec actum irritaret, aut pœnam opponeret; uidebatur quodammodo inutile, niſi pars aduerſa depoſitum petiiſſet igitur factum fuit aliud ſtatutum quod eſt lib. 5. c. 50. quo cautum fuit depoſitum fieri debere infra triduum, a die repræſentatæ appellationis, etiam ſi appellatus non requiſiuerit, alias quòd appellatio remaneret deſerta, ut dixi. s. de depoſito fiendo in executiuis uerſiculo circumſcriptis.

Ex hoc igitur ſtatuto tentū fuit etiam in cauſis nullitatum ſupra expreſsis, ſi de pecuniis aut bonis mobilibus agatur, depoſitum fieri debere, quoniam cum iſti caſus per ſtatutum antiquum æquiparati eſſent, diſpoſitum in uno ex æquiparatis, in alio diſpoſitū
10 cenſeri debet, ad glo. l quod uero. ff. de legibus quæ regula in caſu in quo eſt æquipara- 11

tio facta

ratio facta ut est casus iste absq́.dubio procedit, Roma.conf.79.col.4.uerf.3.respondetur, post glo.c.1.uerf. declaramus extra ne Clerici uel Monaci, lib.6.bonus tex.l.si furio si.C.de nup.Crot.in repe.l. primæ col.4.uerf. quarta conclusio de leg.1.

Et ex contrario resolutum fuit in realibus statutum lib.1.c.166.immutatum remanere quia in nouis reformationibus, lib.5.c.50.nihil circa hunc casum statutũ est, et ex consequenti cũ etiã diuersa sit ratio, quoniã stabilia præsertim uitio litis affecta, permutari aut occultari, uel transfeeri non possint ad l.fi.C.de litigio.et statutum sit exorbitans, extensio fieri non debet, ut dicunt docto.auten.quas actiones.C.de sacrosan.eccle.et.l.si uero.§. de uiro.ff.sol.mat.Ias.l.si arrogator nu.53.ff.de adoptio.

11 Et per hæc eadem iura dicebam, quod cũ statutum prædicto lib.1.c.166. loquatur de laudis latis inter consanguineos, quod qui dicet de nullitate, uel reductionem petet alterius laudi, quam lati inter consanguineos, depositum facere non tenetur, quia exorbitans statutũ de uno loquens, ad aliud trahi non debet, etiam si eadem ratio militaret, ut dicunt docto.in proxi.præcedẽti uer. relati.

12 Sed quamuis prædicta de deposito fiendo in casibus

in casibus prædictis ita fuerint obseruata, ue reor tamen aliter intelligendum esse statutum prædictum d.lib.1.c.166. scilicet ut locum habeat in ea nullitate, quæ insimul cum appellatione uel reclamatione est deducta, non autem quando nullitas principaliter & de per se intentatur, per ea quæ notabiliter dicit Francus d.c dilecto q.54.col.illius quæstionis 3.uers.si uero quæratur, qui ex duobus fundamentis principalibus, primo uidelicet quia Rub.illius statuti est de appellationibus. secundo quia statutum est exorbitans, tenet in terminis fere statuti nostri, nō intelligi de nullitate principaliter & de per se intentata, sed de ea quæ insimul cum appellatione deducitur cuius contrarium Consuluit Alex.cons.225.col.4.uers.non obstat dum quarto, uol.6.tamen Alex.suam intentionem iustificare uidetur ex pluribus aliis statutis quæ erant in casu suo quæ in casu nostro non sunt. Sed & in casu nostro alternatiue casus nullitatis & reductionis laudi sunt appositi cogitabis.

13 In termino igitur probatorio, ut ad processum redeam, pars aduersa uel in ipsa actorum transportatione, uel in repetitione ipsorum actorum omnino citanda est, ut dixi supra de prosecutione causæ appellationis uerbo & licet.

14 Elapſis diebus probatoriis & iuſtificatione facta inſtabitur pro ſententia, quæ debet obtineri infra alios ſeptem dies utiles, (licet iure communi & ſtatuto circumſcripto haberet eandem inſtantiam quam cauſæ principales, ut dicit Alexandri. d. c. dilecto in 3. q. principali uerſ. ſed operepretium, Sali. l. ſi §. illud in fi. C. de tempo. appella.) ita ut infra
15 quindecim dies utiles a die oblatæ petitionis (et ſic excluſo die, per ea quæ ſupra dixi de termino dato ad appellandum) computā dos, cauſa terminetur, alioqui nihil proderit infra octo iuſtificaſſe quia nihilominus ius & inſtantia perimetur.

Vides temporum mutatio quid afferat hæc dierum modicitas quæ tunc opportuna uiſa fuit nunc in maximum litigatorum incommodum & diſpendium uertitur, uix eſt enim ut reminiſci ualeam, aliquam cauſam infra ſtatutarium terminum ſine prorogatione deciſam fuiſſe.

16 Iudex igitur ſi ſententiam uiderit nullam, eam nullam declarabit, ſin minus ſententiā rite & recte latam nulloq. nullitatis uitio ſubiacere, & partem quæ nullitatem in iuditio deduxit, in expenſis condemnabit uel nullitatem reiciet, quod æquipollet.

17 Ab hac ſententia utriq. parti, uidelicet ſiue declaretur nulla ſiue nullitas reiciatur, appellare

appellare licebit, quia est definitiua & ordinariæ in ea proceditur, de iure siue ex statu to nostro summariæ ut supra demõstratũ est, & hoc in terminis tenuit Alexan.d.c dilecto q.x1. et Francus ibi q.15.uers. sed quando & q.47.et ideo ab attemptatis cauendum.

18 Libet hoc in loco quod semel disputatum uidi referre, pars quæ sententiam nullam esse prætendebat, commissionem impetrauerat, per quam causa nullitatis certæ sententiæ, Capitaneo committebatur, parte aliter non citata, inde ad aliquot dies partem citari fecit & inhibere obtinuit, inde ad non nullos alios dies reus in hoc iudicio, prætendebat instantiam desertam, & dies a statuto

19 præfixos numerabat a die præsentatæ commissionis in actis, quam in loco libelli esse asserebat l.1.C.quan.libell.princ.datus, cum nota. Actor asserebat non esse desertam & numerabat dies a citatione & inhibitione, fretus uerbis statuti a die oblatæ petitionis, offerre enim intelligit lex parte uocata auten. offeratur .C.de litis contesta. secundo quia statutum requirit processum, in iustificatione nullitatis ut ex illius lectura patet nam requirit iustificationem infra octo a die peti-

20 tionis oblatæ, & tunc dicit Bald.l.1.in fi.C. quan.libell.princ.datus, quod requiritur citatio, quæ est initium cuiuslibet processus,

allegat § fi.insti.de perp.et temp. actio.et.c. ulti.ut lite penden. in Clemē. Tertio quia nō dicitur causa in iudicium deducta ante partis citationem c.forus in principio extra de uerb.sig.nec per solam rescripti impetrationem reus uexari dicitur, ut dicit glo.in Clemen.1.in uerb.uexare de rescrip.quam sequitur Staphi de litt.iusti. in pr.uers derogatur. Ex aduerso allegabatur eadem Clemen. fi.ut lite pedente & l.1.C.quan.libell.princ.datus, in quibus locis quo ad actorem lis dicitur pendere ex rescripti impetratione, sed hoc uerum arbitror quantum ad effectum reuocationis attemptatorum, & ut impetrans, alium iudicem adire non posit, non autem quo adhoc ut res in iudicium deducta credatur, & instantia inchoata, neque etiam ut pœne locus sit, nam ut dicit Ias.d.l.1.quando libellus princ.da.col.fi.in pri. impetrans contra patronum, non incidit in pænam ante citationem, & hæc opinio.mihi magis pla
21 cuit præsertim quia in dubio pro non desertione iudicandum, Rota per Cassa.de appella.decis.4.in fi.

22 Sed numquid Iudex aditus super nullitate posit merita tangere, & sententiam reformare, & Franc.d,c.dilecto in x.quæst.princ. de men.Bal l. tale pactum·§·qui prouocauit quæst.14.et Imol.l.si expresim.ff.de appell.

& Panor.

& Panor.in c.i litteris de offi.dele.diftinguit quod aut petitum eft in libello declarari fen tentiam, nullam, & in melius reformari, & iudex poterit, fi modo nullitas non refultaret, uel ex inepta actione uel inepto libello uel proceffu fecus autem fi nullitas refultaret uel ex inepta actione aut inepto libello uel proceffu quoniam eo cafu non poffent per iudicem fuper nullitate aditum, merita tangi, quia deducta non dicuntur, ut ipfe di cit in dicta x.q.uerf.poftremo & hoc etiam tenet Alexandri.ibi dicta quæft.x.

Suprafcripta conclufio quod fententia pofsit reformari per iudicem fuper nullitate aditum fi petitum fit uera eft, fi fententia fit nulla & ante omnia declaretur nulla, quia non ante tãgere poterit merita iudex, quam nullitatem declarauerit, & hoc fi pars opponat, quo etiam cafu ideft parte opponente, proceffus fuper meritis erit nullus, alioqui fi pars non opponit, poterit iudex & nullitatis & reformationis negocium fimul expedire, quin immo & fi fententia effet aliqua, & pars quæ obtinuit pateretur in hoc iudicio, de meritis difputari, poffet iudex aditus fen tentiã reformare, ut late profequitur Franc. de mente aliorum quos refert d.q.x.uerf. ulterius aduerte.

Cautus igitur patronus qui partes fuc-

cumbentis tutabitur, si uiderit ex priori sen tētia ius sui principalis læsum, & speret hoc demonstrare posse, in petitione formanda super nullitate, deducet etiam iniquitatē. petēdo illam sententiā in melius reformari.

Patronus autē obtinentis, inuigilans protestationibus merita tangi non permittet, ante negocium nullitatis discussum. ne clientem etiā circa merita in periculum inducat.

23 Sed numquid pendente discusione causæ nullitatis principaliter ut statutum nostrum dicit intentatæ sententia exequi posit, aut interim executio suspendatur donec quæstionis nullitatis exitus appareat? & hæc quidem est quotidiana & utilis quæstio, quam sæpisime agitatam uidi, & breuiter ex his quæ colligi potui, communis conclusio est quod executio non impediatur ex doctri. In no. c cum in iure de offi. dele. per tex. l. 1. in fi. C. quando prouo. nō est necess. Ang. et Imol. l. 4 §. condemnatum. ff. de re iudi. Rota. de exceptio. 3. alias 280. in no. Alexandri. d. c. dilecto in secunda princ. quæst. uers. stat ergo cō clusio, col. 34. Philipp. Franc. ibidem in 10. princ. quæst. uer. circa tertium Ruin. cons. 59. nu. 8. uol. 5. quicquid tenuerint, Paul. Alex. & Rip. d l. 4. §. condemnatum de re iudi. quorum rationes euacuantur ex dictis per Alexandri. et Franc. ubi supra, & ideo si pendente

dente nullitatis principaliter intentatæ quæstione, executio fieret non ueniret in modum attemptati reuocanda, nisi demum obtinuerit agens in causa nullitatis sentẽtiam nullam declarari, quia eo casu executio una cum omnibus inde secutis, & res ipsa cũ fru
14 ctibus restitueretur, sententia enim nulla nec titulum nec bonam fidem præbet, ut dicit Rota Alexandri. et Franc. ubi. s̃. Ale. d. l. 4 §. condemnatum col. 5. n. 15. uer. et ista opinio.

Ego quidem a tantorum patrum sententia discedere non audeo sed considerabam quandoq. in terminis statuti nostri, post deductam principaliter in iudicio coram Capitaneo nullitatem, executionem impediri, ex duobus primo quia statutum terminum angustauit & processum summarium fecit, & breuissimum; & tamen potissima ratio doctorum, tenentium executionem non suspendi, per iudicium principaliter intentatum, sed per exceptionem, quæ in continenti probari potest, est illa, quia iudicium est ordinariũ, exceptio summaria, ita Bal. l. in lege. 1. C. ne liceat tertio prouoca. Franc. d. c. dilecto. q. x. uers. circa tertium Bar. Ale. Paul. & ceteri d. §. condemnatum, & illud in continenti siue intelligamus de arbitrario termino, ut dicunt d §. condemnatum in fi. & ibi Rip. refert uix est ut iudex recisius tem-

pus dierum octo utilium arbitrari possit, si ue igitur intelligamus de tempore quod datur ad faciendum executionem in bonis pro pecunia, & tunc dico quod considerato statuto nostro, quod est lib.1.c.79.et lib.4.par. pri.c.24.in primis si exequatur super re mobili, actor per dies quindecim, super immobili per dies triginta, post executionē quiescere debet, & successiue pro extimatione
23 bonorum immobilium alii dies quindecim intercedunt, & ultra prædictos alii quindecim in reliquis adimplendis, respectu uero mobilium requiruntur ad minus ultra primos quindecim alii sex, & sic uiginti unum, in quibus uix est quod non sint quindecim utiles dies adeo quod quilibet ex istis termi nis excedit terminum probatorium causæ nullitatis, nam elapso termino probatorio quod diximus esse dierum octo utilium, non est dubium quod si nullitas non fuerit probata, possit iudex nullitatem reiicere; Nec me moueat quod doctores d.§.condemnatum & præsertim Rip.in fi.consideret quod quando agitur rei uendicatione, non cadet istud tēpus subhastationis, & propterea ple ne consultum non esset, quia respondetur de mente eorundem sic tenentium quod datur terminus ad parendum sententiæ, qui terminus est dierum octo, licet non utilium

ex alio

ex alio ſtatuto lib. 1. c. 93. quod fere concur-
27 rit cum termino probationum nullitatum.

Secundo quia ſtatutum noſtrum ut calumniæ præſumptionem purgaret, uoluit in cauſis executiuis in quibus celerior expeditio requiritur ſiue agatur de pecunia deponi pignora, per dicentem de nullitate, ſiue agatur de re immobili, fieri ſequeſtrationem ut ſupra de depoſito dixi, quæ ut dixi præſumptionem calumnie tollunt & compendium litis faciunt nam uix eſt ut poſsent tot dies conſumi in cognitione & probatione nullitatis, quot acquiruntur ex depoſito facto, non enim dubium eſt etiam ſi incontinenti probatio nõ offeratur, eodem tempore quo fit executio, de nullitate cognoſci poſſe, & tamen credo quod depoſitum facere ab executione non differat cum utraque uia res de manibus uicti tollatur, cogitabitur.

25 Retenta igitur communi concluſione pro uera, etiam in terminis ſtatuti, noſtri ut executio per pendentiam nullitatis non impediatur, limitatur non procedere nec locum habere quando pars quæ de nullitate principaliter coram iudice dixit, compareret coram iudice exequente ſeu exequi uolente, & de nullitate excipit eamq. nullitatem incótinenti demóſtrat (non. n. eſt prohibitum eodem tempore de nullitate coram uno iudice

princi-

principaliter dicere, & coram alio excipere ut dicit Franc.d.q.x.uerſ.ſed aduerte quod ſola.Ale.d.§.condemnatum n.14.et 16.Vitalis Gamba. in tract.clauſularum nil innoua. nulli.penden.n.6)tunc enim ſcilicet quando etiam excipiēdo deducitur nullitas de mente præfatorum doctorum, ſuſpēderetur executio.ſed hæc mihi non uidetur limitatio ad regulam traditam,ſed potius Cautela ad executionem fugiendam ut de ea coram iudice exequente excipiatur ex qua etiam alia conſtituenda eſt regula ex dictis Bart.et docto. d.§.condemnatum de quo infra aliquid attingam.

Secundo limitatur quando tractaretur de
26 executione irretractabili, eo enim caſu ſuſpenditur executio etiam per nullitatem principaliter intentatam, quia ceſſat ratio quod nullitate detecta, poſsit ſententia & executio retractari,& in hoc fere omnes conſentiunt,Caſtren.d.l.4.§.condemnatum Ias. ibi n.22.et Ripus n.21.Alexandr.d.q.2.uer.2 fallit col.35.Francus d.q.x.uerſ.ſecundo limita, Quod tamen ſublimitatur per eoſdē, quando conſtaret de euidenti calumnia opponentis, ut tunc executio non ſuſpendatur, & ex prædicta limitatione quando executio eſt irretractabilis inferebat Caſtr.d.§. condemnatum col.fi.uerſ.ſi autem petatur fieri,

fieri, de mente Bald.l.1.C. in integ.resti.pos.
27 nil noui fieri, quod hoc idem erit in captura personali, cum iniuria qua persona afficitur, sit irretractabilis, quem ibi sequitur Alex. nu.29.uers.et per istam sed Ias.d.§.condemnatum uers.tertio notabiliter, nu.21.et sequen. de hoc dubitat, quia etiam in executione in bonis fienda, aliqualis iniuria infertur, & tamen non suspenditur executio, de mẽte omniũ cum quo expresse tenet Ri.ibi col.3.uers.pri.ut non procedat, nu.22.Mihi si calculum afferre liceret plus placeret prima opinio, tum quia seniorum & plurium auctoritate est fulcita, tum quia nulli dubium credo maiorem esse iniuriam personalem quam realem.

Et ex rationibus & iuribus ac auctoritatibus præfatorum Castren.Ias.Alexan. Franc. & aliorum proxime relatorum, alias cum in facto contigisset quod fuisset petita executio cuiusdam testamenti pro consecutione cuiusdam uinee, cõtra tertium possessorem qui in illa plura fecerat melioramenta, quæ probata erant in processu, & contra possessorem fuisset lata sententia, quæ fecerat rem iudicatam, dictumq.esset de nullitate principaliter, & inhibitum, ac coram iudice exequente exceptum de nullitatibus, quæ ex actis constare dicebantur & nihilominus festinans

ſtinans actor executionem fieri feciſſet, obtinui eam executionem per uiam attemptatorum reuocari, quia huic reo pro melioramentorum recuperatione, nullo alio iure quam per retentionem, poterat eſſe couſultum.l. ſi in area ubi docto.cum concor.ff.de condictio.indebi.Dec.poſt Bar.conſ.28.n.2. ſic igitur quia executio damnum irreparabile afferebat reſpectu melioramentorum, executionem fieri non potuiſſe declaratum fuit, & ex conſequenti reuocata.

28 Tertio limitatur ſupraſcripta regula niſi iudex de nullitate cognoſcens, iudici exequēti inhibuiſſet ne exequeretur; quia tunc omnino in executione ſuperſedendum eſſet ad c.non ſolum de appella.in 6.et c.tuam de ordi.cogni.ita Bal.l.1.ff.de offi.conſ.et Imol. c.ex inſinuatione extra de procura.Specu.in tit.de libelli cōceptione.§.nunc uidendum in fi.ſed Inno.c.cū in iure extra de off.deleg. et Alexādri.d.c.dilecto in dicto ſecūdo mem bro,uerſ.tertio fallit,& Francus d.q.x.uerſ. tertio limitanda, tenent contrarium,uidelicet quod executio, etiam per inhibitionem factam iudici exequenti, non impediatur, & ſi fiat executio propterea reuocari non poſsit, quod etiam tenuit Rota dicta deciſ.280.alias de exceptio.3.in no.et Paul.de Caſtr.qui uidetur diſtingere utrum fuerit

præuentum

præuentum cum inhibitione uel cum executione.d.§.condemnatum, col.1.nu.3 ipse quoq.concludit, quod si executio fiat non retractabitur, & idem tenet Ale.ibi nu.15. Rip.autem d.§.condemnatum, col.4.nu.28. pro omnium concordia dicit, quod concurrentibus his tribus executio non substinebitur, primo quod iudex nullitatis præuenerit iudicem executionis, secundo quod nullitas etiã per modum exceptionis corã iudice exequente fuerit proposita, tertio quod iudex nullitatis ipsi iudici exequenti inhibuerit, addo ego & quartum quod allegetur de nullitate constare ex eisdem actis & reuolutione cartarum, uel simus in aliquo ex casibus de quibus per Alexandri.d.ca.dilecto in 9.quæst. princip.uers.facite regulam negatiue, per ea quæ dixi supra in prima limitatione, alioqui cum de se exceptio non impediret, nisi probatio incontinenti offereretur, uel essemus in casibus suprascriptis nec etiã principalis petitio de per se suspẽderet, nec etiam inhibitio ut dictum est, non uideo quo modo hæc omnia simul iuncta hoc efficere possent cum uirtus unius hoc casu non augeatur ab alio.

29 Vt igitur ad praxim redeamus is contra quem libellus nullitatis offertur, & cui inhibitum fuerit, animaduertere debet quæ contra sen-

tra ſententiam ſeu proceſſum nullitates ex aduerſo obiciantur, quas ſi ueras aut probabiles eſſe uiderit, ſeu etiam tales quæ ipſum in ambiguum trahant, executionem nõ procurabit, ne malum ex malo producat, ſcire enim debet quod ſi ſuccumbet, executio & inde ſecuta omnia maximo clientis diſpendio, & ſua ignominia ut ſupra proxime dixi reuocabuntur; igitur illarum defenſioni & quatenus uere exiſtant ſanationi, potius quam ulteriori executioni incumbat, ſi uero friuolas minimeque releuantes eſſe uiderit tunc ne iudicem qui inhibuerit contemnere

30 uideatur (quamuis ex ſententia relatorum ſupra, uerſ. ſed numquid, executio fieri poſſit impune) moderationem inhibitionis (ſi inhibitum fuerit) procurabit, quæ fieri conſueuit per iudices quibus nullitates releuantes non oſtenduntur, ſub hac modificatione ut ſtet ſine præiudicio legitimæ executionis, & hæc inhibitionis moderatio, parte legitime citata fieri debet.

31 Qui eam inhibitionis moderationem facilius obtinere uolunt, cõſueuerunt ſportulas pro Capitaneo deponere, quæ hoc caſu nullatenus debentur, cum ſtatutum de ſportulis li.5.c.55. pro definitiua ſententia ſportulas exigi iubeat, & ſat eſt quod trahatur ad habẽtes uim definitiuæ, ut ſunt defenſiones,

nes, absq.eo quod extendatur ad meras interlocutorias, ut est hæc inhibitionis moderatio, igitur ab illarum exactione prudentes iudices cauere debent.

32 Hæc quæ diximus de introductione & prosecutione causæ nullitatis coram Capitaneo fienda, de sententiis definitiuis intelligi uolo, nam quamuis etiam ab interlocutoria certo modo de quo supra suo titulo dixi appellare permittatur, non tamen de nullitate interlocutoriæ, coram alio iudice quam coram ipso, qui interlocutoriam tulit, cognosci poterit, ut dicit Franc. de mente relatorum per ipsum d c. dilecto quæ. 19. qui etiam dicit quod appellatio ab interlocutoria non deuoluit causam nullitatis, ad iudicem ad quem, nisi ipsa nullitas pro causa grauaminis ut esset præposteratio ordinis, denegatio compromissi, uel quid tale, exprimeretur, & nisi attemptata facta post illam appellationem per uiam nullitatis reuocari peterentur, (nam attemptata etiam per uiam nullitatis reuocari possunt, quia omne attemptatum est nullum, licet non ex contrario Rota. de appella. primam & secundam alium ordinem etiam pri. in no. Franc. c. sæpe in glo. ratam de appella. Decius. l. 1. C. de bo. pos. sec. tab.) his enim duobus casibus, iudex appellationis ab interlocutoria de nullitate cognoscere

gnoscere posset, alias si nullitas in interlocutoria prætēderetur, iudex qui de causa principali cognoscit, adiri debet, ut dicit Franc. de mente Inno. Bald. Angel. et Imol. d.c. dilecto, quæst. 27. uers. tertio limita, qui limitat in delegato, ut posit adiri superior super nullitate interlocutoriæ, ibi uideas.

Hactenus de exercitio nullitatum in iudicio principaliter deductarum, sed quoniam statutum prædictum lib. 1. c. 157. in fine, per modum regulæ tradit de nullitate post annū a tempore sententiæ numerandum, agi non posse, restringendo tempus quod erat de iure communi annorum triginta, Alexan. d.c. dilecto col. 13. uers. tertia est quæst. post Spe. Imol. et alios ubi per eum, uidendum erit de duobus, primo numquid statutum excludat excipere uolentem, secundo nūquid omnes nullitates post annum sint exclusæ aut adhuc aliquæ reseruatæ censeantur.

33 Prima quæstio ex opinionibus difficilis redditur, nam Io. de Ferra. in sua praxi. tit. de forma execu. senten. diffi. uers. quid si statuto n. xi. tenuit in terminis statuti dicē tis, quod de nullitate sententiæ posit dici infra decē dies, a die sententiæ quod lapsis decem diebus, neq. agendo neq. excipiendo dici posit idem uoluit Paul. de Castr. in simili statuto, cons. 288. ad primum respondetur quod dicta pro-

cta pronuncia.col.2.uer.circa secundū uol.1 & hoc uidetur comprobasse Alex.cons.105. col.2.uol.5.et cons.225.col.3.uol.6.et Corn. cons.302.col.fi.uol.1.

Contrariam uero sententiam in terminis statuti nostri loquentis per uerbum agere, tenuit Franc.d.c.dilecto,q 54.col.eius quæst.3 uer.his sic præmissis, motus quia uerbo actionis de quo in statuto nostro non continetur exceptio.l.uerbum oportebit cum nota ff. de uerb.sig.Bald.l.peremptorias uers.quid si statutum nu.35.C.sententiam rescindi non posse, qui dicit quod statutum excludens ab agendo, non intelligitur exclusisse ab excipiendo, nisi de exceptione specifica & expressa mentio fiat, ut ibi in sequenti q n.36. hoc idem uoluit Bart.in materia odiosa & exorbitanti prout in casu nostro.l.i.in principio.ff.de exceptio. Et quia generaliter tra

34 ditum est quod omnia remedia temporalia ad agendnm, sunt perpetua ad excipiendum l.pure in fi.cum concor.ff.de exceptio doli, & Francum secutus est Cardinalis Alexandri.d.c.dilecto, quæst.14.col. eius quæst.3. cum tribus sequentibus uers.sed numquid si statutum assignet tempus, & hanc sententiam nuncupatim tenuit Corn d. cons.302. col.2.uers præterea uol.1.et cum hac etiam transire uidetur Bertrandus cons.127.uers.

ad octauum uol.3.et Gozadi conf 72.col.fi. uerf.non obftat, & uere in terminis ftatuti noftri fi diligenter illius uerba intueantur hæc quæftio dubitationem non recipit.

Non obftant contraria recte per præfatos Francum & Alexandr.euacuata, quia in terminis noftris refponderi poteft & primo ad dictum Ioannis de Ferra.in dicta praxi, quod ipfe loquitur in terminis ftatuti prohibentis dici poffe quod nerbum cum fit generale cóprehendens & actionem & exceptionem, ut ipfe fentit nimirum fi fecundum ipfum, cafum exceptionis comprehendat, confilium uero Ale.225.lib.6.loquitur eo cafu quo iã facta erat executio, & implorabatur iudicis officium, pro refcifsione ex capite nullitatis, quod diuerfum eft a cafu noftro ut ex fe patet, & apparebit ex fequentibus, & tamen non conftat ibi quæ effent ftatuti uerba, utrum talia quæ etiam exceptionem comprehendere poffent, quo etiam modo refpondetur ad conf. eiufdem 105.uol.5.Sic etiam per uerbum dici, conceptum erat ftatutum de quo loquitur Paul. de Caftr.d.conf.288. Corne.uero.d.conf.302.col.pe.uer.nec obftat, firmat eam cóclufionem in cafu fuo, quia in eo duo concurrebant, quæ in cafu noftro ceffant, primum quod ftatutum loquebatur per uerbum dici, fecundum quod ftatutum

ulterius

ulterius progrediendo declarabat qnod ela pſo termino, ſententia remaneret ualida & firma, in quibus uerbis ſe firmat, quibus cir cumſcriptis ipſe tenuerat opinionem ſecun dam, ex quibus facile colligi licet, ueram eſ ſe in caſu noſtro concluſionem, ut poſt annũ de nullitate excipi poſsit.

35 Sequens qnæſtio eſt dubia perplexa & in- tricata numquid per ſtatutum noſtrum per quod poſt annum de nullitate agi non poſſe cauetur, omnis nullitas cenſeatur excluſa, & quidem arbitror magis communem ſenten- tiam eſſe, non omnes excluſas eſſe Philipp. Franc. d. c. dilecto quæſt. 54. col. eius quæſt. 3. uerſ. ſi uero quæratur, & Alexandri ibidem quæſt. 14. col. eius quæſt, 3. uerſ. ſed numquid ſi ſtatutum, qui quamuis inculcare uidean- tur caſum ſimplicem, cum caſu quando ſta- tutum appellationem & nullitatem concul- cauit, quod non eſt factum in ſtatuto noſtro tamen illius rationes etiã ad ſimplicẽ caſum ſtatuti noſtri adaptantur, eorumq, ſenten- tia benignior & humanior eſſe uidetur men tiq. ſtatuentium propior. Nam nullitas quæ cauſatur ex alio ſtatuto ut puta in caſu no- ſtrorum ſtatutorum, ſi non fuiſſet adhibitum in ſententia uotum aſſettamenti, quod erat petitum, uel datæ dilationes ſtatutariæ quæ petitæ fuiſſent, hæc non cenſebitur ſublata,

quia uerisimile non est quod statuentes qui decreuerant in spetie illam sententiam nullam esse, uoluerint se corrigere in generali hac traditione, & ex termini lapsu illam sententiam ualidare; quam nullam declarauerant, ita Alexandri d.c.dilecto quæst.14.uers. quinto fallit & ibi Francus quæst.52.uer.4.limi. sequitur Rip. licet non loquatur quando terminus est præfixus a statuto, d.§.condemnatum nu.13.& quia generalis exclusio remediorum intelligitur de competentibus iure communi non autem de iure spetiali ut dicunt omnes post glo.fi.l.postquam liti.C. de pac.sequitur Balb.de præscrip.in quarta par.4 par.quæ.29.nu.6.simili quoq modo uerisimile non est quod nullitas illa quæ prouenit ex defectu omnimodæ iurisdictionis, reiecta censeatur ut dicit Alexandri.ubi supra & Soci.cons.274.col.fi.uol.2.et cons.83 pro clariori uol.4.Deci.cons.8,col.fi.et cons.35. co.pe.dixi omnimodæ iurisdictiōis ut intelligas me non sentire de omni iurisdictionis defectu ut declarat Paris.cons.109.n.3.uo.4 Item nec illa quæ est notoria & patens per inspectionem actorum, Bertrādus cons.127 uers.ad octauum uol.3.Gozadi.cons 72 col. fi.Item & non nullæ aliæ notatæ per Fran.d. quæst.52.quas uidetur repetere quæst.54. col.eius quæst.fi.et per Alexandri.ubi supra

& per

& per Ale.l.pri.§.et parui in addi. ad Bar.ff. quod ui aut clam, quas diligens patronus in facti contingentia uidere poterit.

36 Et in omnem euentum, quando nullitas eſt patens ceteris quidem ceſſantibus omnibus, remediũ eſt ut dicta nullitas coram iudice exequente etiã poſt annũ & quãdocumq. deducatur, & illi demõſtretur, illiuſq. officiũ imploretur ne ſententiam quæ ſententia uere non eſt, exequatur, parteſq. ipſius iudicis erunt in non exequendo, & in ſumma potius ſilere quã exequi debet, Anch.conſ.208 iudex de iure nu.6.et 7.Bal.con.119.ſtatuto cauetur quod turbans aliquem in ſua poſſeſſione uolu.2.ubi per.l.ſi feriatis.ff.de fer.et l.2.ff.de pen.dicit quod quando nihil uenit extrinſecus probandum, ſufficit quod nullitas demonſtretur iudici, & ille iudex ex tali ſententia ius reddere non poteſt, & ex ſe uidendo nullam non confirmabit, nec infirmabit, ſed non exequetur & idẽ tenuit cõſ.225. uiſis prædictis actis diligẽter inſpectis uol.5. ubi dicit quod ſi iudex exequeretur poſſet appellari, & idem quod non debeat exequi tenet Roma.conſ.42.col.pen.uerſ.4.faciunt quæ notãt docto.l.ubi pactum.C.de tranſac. ubi ipſe Bald.nu.10.uerſ. expedita glo.et ibi Ias.n.12.et Iacobi.de S.Geor.n.14 et 15.erit igitur cautela ut iudici exequi uolenti de-

Nullitas patens.

monstrentur nullitates patentes ex actis, & ipse exequi non poterit, & quatenus exequatur appellabitur ut dicit Bald ubi supra sed patentes & releuantes nullitates esse debent.

Sed numquid in terminis statuti nostri post annum replicare de nullitate liceat, ut puta Sempronius quod in iudicio petitorio succubuerat petita Caio rem a qua per iudicis sententiam fuerat eiectus, caius excipit de sententia, & eius auctoritate dicit se tutum. sempronius replicat sententiam nullam & causam possessionis illi non præbuisse, num quid huic Sempronio de nullitate post annum replicare liceat? & scio pluries per dominos de Rota têtum fuisse non licere, quia is qui replicat dicitur agere, principaliter enim agit, & exceptionem remouet, iuxta doctr. Pau. de Castr. l. 1. in pri. C. de ord. iudi. & tangit Franc. d c. dilecto n. 4. uers. 3. quæro extra de appell. Deci. c. a nobis sub n. 8. uer. 2 & sequē. de excep. et est tex. l. quæsitū in. §. fi. ubi Bar. in summa. ff. de pecu. æque enim imputari potest actori cur in termino non egit, & cur non replicauit, quia utrumq. in eius fuit potestate.

Hactenus tractatum est de casibus quando nullitas separatim ab appellatione aut agendo aut excipiendo deducitur, sed quid

si

si insimul cum appellatione de nullitate dictum fuerit, ut docent doct.l.si expressim.ff.
39 de appel.& prima sentẽtia cõfirmata fuerit, & de nullitate doctũ non fuerit, utrũ de nullitate dictæ primæ sentẽtiæ ulterius dici possit,& hoc casu statutũ lib.1.c.158. inhærendo iuri cõmuni,per ea quæ notãtur per Bar.d.l. si expressim.ff.de app. & per Alexãdri.d.c.dilecto col.39.uer.xi. est quæstio disponit quod appellãs ulterius super nullitate dictæ primæ sententiæ non audiatur, ea ratione, quia potuit de nullitate docere ,& sic exceptionem & principalem petitionem excludit ; & quãuis ratio statuti sit admodũ debilis, quia etiã docere potuisset, si simpliciter appellasset, quia simplex appellatio etiam nullitatem deuoluit.l. quædam.ff fami.hercis.l carmelia.ff. de iur.pat.Bar.& alii.d.l.si expressim.ff.de appel.tamen stat.decisio statuti quod amplius super dicta nullitate non audiatur, quod & principalem petitionẽ & exceptionẽ exclu-
40 dit, per ea quæ supra dicta sunt.

Hæc ego intelligo uera nisi in prima sentẽtia esset expressus iuris error, uel calculi,uel alia nullitas euidens ex actis, uel si in hac secunda continuaretur nullitas,quæ erat in prima, puta ex defectu personæ, tunc enim arbitror non solum non confirmari primam, sed etiam hanc secũdam nullitatis uitio sub-

iacere Fran.d.c.dilecto quæ.41.Alexãdri. ibi quæ.10.uer.ſed quæſtio ſtat quid ſi expreſſe, confirmat, Fel.c.ea quæ col.1.nu.2.extra de re iud. Deci.cap.1.col.fi. in fi. extra de confir.uti.uel inutil. Paris.con.109.uol.4.qui reſtringit defectum iuriſdictionis quando eſſet omnimodæ.

41 Sed quid ſi fatalia cauſæ appellationis in qua erat deducta nullitas deferantur, an & tunc uidebitur hic qui nullitatẽ cum appellatione deduxerat, a facultate dicẽdi de nullitate excluſus, & de hoc ſtatutum non loquitur, & propterea tamquam caſum omiſſum remanere arbitror diſpoſitioni iuris cõmunis.l.ſi cũ dotẽ.ff.ſol.mat.c.2. extra de tranſla.epiſ. Soc.conſ.9.n.4.uol.1.non enim plus diſponit quàm loquatur Bal.l.ſi teſtamentũ. C.de teſta.Iure igitur communi ſublata non cenſetur, Bald l.ſi expreſſim col.5.uer.quæro quando nu.x. Bal.l.qui teſtamento in fin. uer.ultimo nota.ff.de excuſa.tuto.poſt Inn. c.ſæpe extra de appel.tenuit etiam Francus d.c dilecto quæſt.58. refert & tranſit Iaſ.l.cõtra maiores in fina.uer.C.de inoff.teſta.addi. ad Bar.d.l.ſi expreſſim in uerb.quæro quãdo.

42 Aliqui uero appellantes qui timent in ſtatutum incidere, & uolunt poſſe de nullitate ad libitum docere, ſibi ius dicendi de nullitate in appellatione expreſſe reſeruãt, ſed hos

uidetur

uidetur redarguere Alex.conf.59.col.3.uer. sed quando nullitas nu 8.uol.4.quia secundũ ipsum, iudex tunc non poterat super nullitate pronunciare, quia non est petitum, sed quidquid ipse dicat ueritas est quod eo casu poterit pronunciare superuacuo appellatum quia sententia nulla, & dicunt doct.d.l. si expressim &.d.cap. dilecto, & sic quamuis expresse forte, si uera sunt quæ ipse dicit, nõ posset sententiam nullam declarare, tamen effectus erit idem, consilium igitur meũ est ut appellans uel nihil de nullitate dicat, uel facultatem dicendi de ea sibi expresse reseruet; & per hæc ad laudem omnipotẽtis Dei sit expeditus hic nullitatum compendiosus tractatus qui mihi difficillimus fuit nec mirum cum eximii ingenii Alexan.in fi.d.c dilecto exclamauerit tunc sibi bibendum & pede libero terram pulsandam.

LIBER SEPTIMVS.

De causis restitutionis in integrum.

Restitutio in integrum est remedium extraordinarium, quod regulariter cum ordinario non concurrit. n. 1

Restitutio in integrum quid sit n. 2

Restitutio in integrum principaliter, coram iu

dice

in inte-

1 QVi læsus ordinario auxilio destitutus est, is ad extraordinariũ restitutiõis in integrum remedium confugere debet, nam istud cum ordinario non concurrit & ubi adest ordinarium cessat. l. in causæ secunda. ff. de mino. ubi omnes nisi plenius forte per extraordinarium prouideretur ut dicit Bart. l. fi. C. si aduers. rem iudi.

2 Est autem restitutio in integrum prioris status uel iuris uel audientiæ reintegratio. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de min. c. audi tis de resti. in inte. Alexandri. c. ex ratione col. 29. uers. restat de appell. Paris. cons. 105. nu. 4. uol. 3.

3 Hic igitur qui se læsum sentit, & restitutionem in integrum postulat, ordinarium iudicem adire debet qui reo competens sit. l. fi. C. ubi & apud quem cognitio. c. cum ex litteris extra eo. tit. Zabarel. cle. 1. nu. 13. eo. tit. Vel iudicem delegatum a principe petat, &
4 hoc si principaliter restitutionẽ petat, nam si incidenter petatur quilibet iudex qui de principali cognoscit de hac incidenter cognoscere

gnoſcere poterit, l.1.C.de ordi.iudicio.glo. fi.d.l.fi.C.ubi & apud quem.de quo omnino per Ale.l.nam poſtea alias incipit, ſi is qui temporali.§.ſi minor.n.5.et 6.et ibi Ias.n.14. ff.de iure.iur qui declarant & limitant.

Ex hoc tu patrone facile cognoſces, quod hoc remedium principaliter coram Capitaneo appellationum peti non poterit, quia ordinarius non eſt, niſi ad hoc ſpecialiter delegaretur, quia limitatam, appellationum & nallitatum, habet iurisdictionem.

5 Prius igitur quam ulterius progrediamur oportunum erit cognoſcere quãdo inciden ter quandoue principaliter reſtitutio petatur, nam non ſolum hoc neceſſarium erit, ut ſciamus quem iudicem adire debeamus, ſed etiam ut modus procedẽdi ſit nobis notus, ſiquidem & a iure communi & a ſtatuto diuerſæ formæ præſcribuntur.

Riccardus de Sal.cuius opi.refert & ſequi uidetur compil.deci.Rot.in deci.9 alias de reſti.in integ.3.diſtinguebat hoc modo, aut quis uult petere non ſolum ut ſententia contra ſe lata reſcindatur, uel aduerſus præſcriptionem reſtituatur, ſed etiam uult quod ſibi aliquid ab aduerſario reſtituatur, quod ab ipſo petente uel per ſententiam, uel per contractum, uel per præſcriptionem eſt ablatum, & penes aduerſarium reperitur; & tunc quia

quia non solum intentat remedium rescindens, sed etiam rescissorium, debet principaliter restitutionem petere, & hoc casu litis contestatio requiritur, aut uero intentat remedium rescindens tantum, ut quia petit se in integrum restitui aduersus omissam appellationem, aut aduersus rem iudicatam, per quam tamen nihil ab eo est ablatum, uel aduersus promissionem, seu obligationem per eundem in aduersarii fauorem factam, uel aduersus aditam hæreditatẽ, & tũc quia nihil abest ab eo quod sit penes aduersarium dicitur incidenter petita restitutio, & litis contestatio nõ requiritur, & summariæ procceditur, & hanc opinionem sequi uidetur Ant.de but.in c.2.n.19.et col.fi.extra de offi. iudi.et ibi Feli. col. pe. uers.limita. Alexandri.c.dilecto in 4.quæst.princ.col.eius quæ.3 uers.in hac perplexitate, de appella. Hanc etiam distinctionem uidetur sensisse Cyn.au ten.si omnes.C.si minor ab hære.absti.licet in finalibus uerbis uideatur se remittere ad glo.in d.c.2.uel potius illam glo.pro auctori tate allegare, & quod Cynus tenuerit hanc quam retuli opinionem, & non opin. dictæ glo.dicit expresse Bald.d.aut.si omnes col.2 uers.breuiter.

Alia fuit opinio glo.d.c.2 ut si quis petat se restitui contra aliquem certum aduersarium

rium, tunc requiratur litis conteſtatio. ſi uero petat ſe reſtitui aduerſus proprium factũ ut eſt aduerſus aditionem hæreditatis tunc non fiat litis conteſtatio, et per conſequens incidẽter petita cẽſeatur d.c.2. et dicit Imo. d.c.2.n.12. uerſ. in eadem, quod illam glo. ſequuntur communiter legiſte in dicta aut. ſi omnes & allegat Cyn. dicta aut. ſi omnes qui ut dixi hoc non dicit, allegat etiam Bart. d. aut. ſi omnes, & l. ne quicquam. §. ubi decretum ff. de offi. procõ. qui ſe remittit ad nota. per glo. et Cyn. ubi ſupra. Ipſe uero Imo. uidetur ſe inuoluere, & tandem tenet quod ſi partes ſint preſentes quando agitur contra certam perſonam, quod lis conteſtetur, & ſic principaliter intentatur, ſi abſentes, debeat expectari in actionibus perſonalibus quod labatur terminus per judicẽ præfigendus & in realibus fiat miſsio in poſſeſsionẽ, & hæc dicit menti tenẽda, quia legiſte non perfecte declarant, & ipſe fatetur non intellexiſſe materiam niſi tunc & cum hac opinione in effectu uidetur tranſire Bal. d. aut. ſi omnes, col.2. uerſ. breuiter, ubi dicit quod ſi ſint aduerſarii certi & preſentes debet fieri conteſtatio, ſi abſentes debet expectari uel prouideri ut ipſe dicit, ſi uero aduerſarii ſint incerti, & ipſe aduerſus ſuum factum reſtitui petat, tunc non ſit conteſtatio neceſſaria, & hanc

hanc Bald.opi.dicit ueriorem & eam sequitur Abb.d.c.2.n.9.

Rursus Bal.in addi.ad Spe.in tit.de rest.in integ.uers.restitutio in integrum potest implorari,dicit, quoties petitur restitutio ad fundandam originem petitionis, dicitur principaliter petita, & contestatio requiritur, quoties uero ad fundandam exceptionem,uel replicationem, tunc dicitur incidenter peti & contestatio non requiritur & hæc opinio si recte aduertatur est eadem in effectu cum illa Riccardi de Saliceto, quia primo casu petit sibi restitui & tolli impedimentum, secundo uult se tueri ab aduersario petente.

Abbas iterum in c.suscitata n.5.extra de resti.in integ.tenet quod principaliter dicatur intentari quando quis principaliter illam in iudicio deducit, (intelligo suo proprio motu nõ ab aduersario præuentus aut impulsus) & tũc siue petat restitutionem ad uersus sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam. siue contra contractum, censeatur principaliter petita, & non distinguit hoc casu utrum hæc restitutio fiat ad recuperandum quod agens amiserat & penes aduersarium erat,uel etiam quærat cauere ne in futurum amittat, quando uero dicit ipse petitur super aliquo incidenti, lite tandem in iudicio

iudicio deducta, tunc censebitur incidenter petita, & contestatio non erit necessaria. Videtur ergo innuere quod si aduersarius meus peteret executionem sententiæ, quæ transiuisset in rem iudicatã, ego uero peterẽ me restitui in integrũ aduersus illã rem iudicatã ex aliquo capite legitimo, quod restitutio diceretur incidẽter intẽtata eo casu, & hoc idẽ uoluisse uidetur Franc. c. ex ratione col. 14. uer. de secũdo, extra de appel. præsupponendo in terminis suis quod erãt deserta fatalia.

Bart. uero d. l. nam postea §. si minor in principio; uers. ego dico: post glo. ibi uidetur uelle idem in effectu quod Abb. d. c. suscitata, dicit enim ipse quod dupliciter restitutionis in integrum materia tractari potest, principaliter & incidẽter, & uis est in modo proponendi, igitur in terminis d. §. si minor, dicit ipse si minor detulerit aduersario a quo ipse pecuniam petebat iusiurandũ, & aduersarius iurauerit se non debere, poterit minori duplici uia succurri, uno modo quia poterit ordinarium competentem iudicem adire, & petere se in integrum restitui, aduersus delatum iusiurandum, & tunc dicetur principaliter intentata: alio modo, quia si aduersarius qui iurauit, instabit pro absolutione, ipse replicabit se ex delatione iuramenti læsum, & sic petet se in integrum co-

ram illo iudice restitui, ut aduersario silentium super exceptione imponatur, & hæc dicetur incidenter petita, & Bart.ibi sequitur Paul.de Castr.col 1.uer.ex secunda parte nota.& Ale.col.2.uer.2.nota nu.4.qui dicit secundam partem Bart.idest illud quod dicit per modum replicationis, restitutionem peti posse quando etiam ab aduersario aliquid petitur, uerum esse & procedere in casu illius.§ in quo remanserat obligatio naturalis; sed ubi fuisset extincta ipso iure actio, ipsi minori competens, puta per acceptilationem aut usucapionem, tunc omninò esset principaliter restitutio intentanda, quia incidenter peti non posset, & Bar. sequitur ibidem Ias.col.2.uers.glo.1.n.9.qui dicit quod cum Bart.transeunt ceteri, & hanc opi.in effectu sequi uidetur, Cur.iun.l 1.n.91.ff.de iuris omn.iud.licet per uerba diuersa.

Ex hoc opi.conflictu due principaliores opiniones colliguntur una est Riccardi & sequacium, alia Bar.d.§.si minor & sequacium & pro clariori intelligentia sunt considerandi tres casus, pro ut illos considerat d.Anto. de bu.d.c.fi.n.19.Primus est quando quis implorat iudicis officium super restitutione, contra aliquem aduersarium, ad hoc ut aliquid sibi detur uel fiat, ab ipso aduersario: Secundus casus est quando quis implorat

dictum

dictum officium etiam principaliter, ut uinculum uel impedimentum remoueatur, nō tamē uult aliquid sibi dari uel fieri ab aduersario, Tertius est casus quando quis incidenter in iudicio actione super alio principali pendente, se in integrum restitui petit, Vt igitur ad opiniones redeam Riccardus & sequaces tenuerunt quod in primo tantum casu necessaria esset litis contestatio, in secundo uero & tertio casu non esset necessaria & incidenter petita censetur Bart. uero & sequaces tenuerant tam in primo quam in secundo casu necessariam esse litis contestationem, in tertio uero casu non esse necessariā, sicq. respectu primi & tertii casus omnes cōcordant respectu uero secundi casus est uariatio, nam Riccardus ut retuli uoluit in dicto secundo casu litē non esse contestandam Bart. uero & sui distinguunt & dicunt quod isto secundo casu & principaliter & incidenter restitutio peti poterit, & uis erit in modo proponendi, nam si is contra quem lata est sententia, uel qui se aduersario obligauit uel hæreditatem inconsulte adiuit, proprio motu, antequam ab aduersario præueniatur iudicem adeat, & se in integrum restitui aduersus præmissa petat, tunc dicetur principaliter restitutio intentari, quod Anto. de bu.d.c.fi.n.19 non negat & uerba hoc sonāt,

nam hoc principaliter in iudicium deducitur, ut petens restituatur, si uero aduersarius præuenerit, & executionem sententiæ uel instrumenti, aut legati in testamento facti in iudicium petierit, & conuentus restitutionem in integrum aduersus sententiam, uel rem iudicatam, aut aduersus obligationem, aut aditam hæreditatem petat, tunc dicetur incidenter petita, quia in litem incidit hæc restitutionis petitio, & hoc casu litis contestatio nõ requiretur. & hæc opinio ita distinguens mihi magis arridet, & credo eam plurium auctoritate fulcitam, nam eam ut supra retuli tenuit Bart. d. §. si minor Bal. in d. addi ad Spe. Abb. d. c. suscitata, Paul. de Castr. Ale et Ias. qui testantur commu. d. §. si minor, & Cur. Iun. d. l. 1. et ab ea, tanquam communi, arbitror recedendum non esse. tu igitur causarum patrone diligenter hæc recole, quia ego multum laboraui antequam intelligerem & in unum congererem. & secundum hanc distinctionem statuere uoluisse satis aperte uidentur compilatores statutorum nostrorum, lib. 1. c 66. et 67. de quibus tractamus.

His igitur cognitis, qui restitutionem principaliter petere uult, suam formabit petitionem, in qua narrabit læsionẽ, & causam seu causas exprimet ex quibus restitutionem se

mereri

mereri prætendit, & desuper iudicis officiũ implorabit, cuius forma hæc fere esse poterit.

6 Coram uobis Illustr. Senatore comparet procurator & eo nomine Casſii Lõgini contra & aduersus Titium Vulturtium dicens & exponens non in modum solemnis libelli nisi si & quatenus opus sit sed qualis qualis petitionis & facti narrationis, quod alias de præterito anno ipse Casſius principalis suus cum esset minor annorum uiginti cõuentus in iudicio coram .d. primo Collaterali a præfato Tito aduersario, super uendicatione prædii formiarii, ipse minor sententiam contra se reportauit quæ in rem transiuisse dicitur iudicatam, cuius sẽtẽtiæ uigore aduersarius præfatus in posſesſionem dicti prædii misſus fuit, in graue dannum & præiudicium dicti sui principalis, ad quem iure dominii uel quasi dictum prædiũ spectat & pertinet prout suis loco & tempore docere paratus est. Quare procurator prædictus petit, dictum principalem suum minorem, & enormisſime læsum, aduersus dictam rem iudicatam in integrum restitui: & cognito de bono iure ipsius principalis sui super dicto prædio dictum aduersarium ad illius relaxationem fructumque indebite perceptorum & percipiendorum restitutionem condemnan

dum fore & esse, & condemnari, condemnatumq. iuris remediis opportunis ad id faciẽdum cogi & compelli dictoq. suo principali ius & iustitiam ministrari, non solum prædicto sed etiam omni alio meliori modo officium uestrum misericorditer de super implorando.

7 Si uero incidenter restitutionem petere uoluerit forma hæc erit.

Coram uobis &c. narrans quod pendente lite inter præfatum principalem suum minorem, ex una & prædictum aduersarium ex alia de & super &c. dilationes statutariæ præfixæ & lapsæ fuerunt propter quas præfatus principalis suus a facultate probandi & iustificandi suam intentionẽ siue exceptionẽ (si reus sit) exclusus dicitur, quare cũ ex prædictis enormiter sit læsus cum suas habeat in promptu probationes releuantes, suam intentionem iustificantes, petit dictum suum principalem aduersus lapsum termini prædicti, & omissas probationes in integrum restitui, ad hoc ut suas probationes facere posset dictoq. suo principali &c.

8 Sed si maiores sint qui in integrum se restitui petent post allegationem causarum, in conclusione adiicient clausulam illam, etiam ex clausula generali si qua mihi iusta causa esse uidebitur, de quibus in toto titulo. ff. ex

quibus

quibus causis maiores in integrum resti.sic que ex uariis causarum figuris libellum cautus patronus formare poterit.

9 Causam autem, per quam restitutionem in integrum clienti deberi putat, allegare nõ omittet, quoniam illa omnino requiritur, quæ etiam antequam ad ulteriora procedatur, præsertim si principaliter restitutio petatur. discutienda est, siquidem qui incolo
10 rate se restitui petit, audiendus non est d.l. nam postea.§.si minor.ff.de iure iurã.et ibi Bart Paul. Ale.et Ias.Spe.de resti. in integ.§. qualiter n.2. Ang.l.1.n.3 ff.de integ.resti.Rota de resti.in integr.pri.alias 2. & eod.titu.5. alias 77.in no.de quo tamen uide omnino
11 Ias.d.§ si minor.n.19.quia discrepãtia est inter iuristas & canonistas, nam iuristæ ut ipse ibi dicit tenent sufficere summariæ docere de causa, ut quis admittatur, licet in concedenda maturior causæ coguitio adhibenda sit, ut dicit Zabarel d.cle.pr.de resti.in integ. quæst.20.quo in loco de mente Pauli de eleazar & Matth.dicit, quod si incidenter pendente iudicio læsio causetur, tunc sufficit lesionem allegare, & hoc sequitur Afflic.deci.114.in sententia quæ diligenter obserua. de qua re infra uerbo ex his.

12 Est etiam enormis læsio alleganda & deducenda, siquidem pro læui, restitutio dari

non debet Ab.c.tum ex litteris in primo nota.extra eo.tit.de resti.in integ.
13 Illud quoq. animaduertendum ante omnia erit quod in petenda in integrum restitutione incidenter, sufficit generale mandatum, quod habebat procurator in causa, ast in principaliter intentanda, speciale mandatum requiritur; l. illud.§.fi.ff. de minor.ubi omnes, Ias.l. preses nume.7.C. de transact.
14 Abb.et ceteri d.c. suscitata extra de resti. in integ. quem Abb. uideas omnino n.6.qui declarat prædicta procedere in procuratore non autem in tutore, curatore, uel syndico aut simili, qui a lege habent administrationem, quod nota.
15 Postquam igitur patronus libellum parte citata porrexerit, si ordinaria erit causa, per ipsum intētata, curabit quod lis infra biduum contestetur, ita mandante statuto lib. 1.c.66.alioqui processus esset nullus, per ea quæ supra dixi de litis contestatione in ordi. & quia dies connumerantur ut currunt, quia statutum de diebus iuridicis non dixit, ex statuto lib.1.c.162.igitur cautus patronus diem talem exhibitioni petitionis aucupabitur, qui habeat iuridicum subsequentē diem, in quo contestatio fieri possit: quæ contestatio sine cunctatione, & nulla interposita exceptione (nisi ea mandati aut iuris-

dictionis

dictionis esset) ex hoc statuto fieri debet, quã uis etiam reo contestare cessante pro contẽ stata ex eo statuto habenda erit; in qua in contestatione fienda pars erit citanda, iuxta formam traditam supra de litis contestatio ne in ordi. mutatis mutandis & demptis demendis.

16 Ex his apparet quod ex forma huius statuti non erit adhibenda ea causæ cognitio præambula quæ de iure adhiberi consueuit, de qua dixi supra prox. uers. causam, quia cum illa non adhibeatur post litis contestationem; ut dicit Rota de resti. in integ. 7. alias 191. in no. et impossibile sit ut infra biduum adhibeatur, immo infra unũ tantum diem, cũ in biduo litis cõtestatio fieri debet. ad. l. i §. biduum cum nota. ff. quand. appellandum sit. censetur a statuto de necessitate exclusa.

17 Hac igitur facta contestatione, tam actor suam intẽtionem quam reus suam exceptio nem infra decem dies utiles probare tenentur, quibus elapsis iudex causam expedire tenetur, sub certa pœna infra dies uiginti utiles, numerandos a die petitionis oblatæ, quibus elepsis instantia perimetur.

Scio, iam toties monitum patronum, rẽ minisci, si tempus labatur, ad signaturam recurrendum esse. igitur hic & sequenti casu eum monere cesso.

Ast si

18 Ast si incidēter restitutio fuerit petita procurabit petentis patronus, ut causa infra dies duodecim utiles terminetur, alioqui hoc remedio destitutus, iudex ad ulteriora in causa principali in qua restitutio est petita, procedet ac si petita non fuisset; ex alio statuto d.l.1.c.67. nec hoc causa litis contestatio requiritur.

Ex istis duobus statutis clare colligitur statuentes intellexisse principaliter & incidenter restitutionem peti iuxta distinctionem, Bar. d.l nam postea. §. si minor quam supra dixi communem.

19 Qui libellum restitutionis producunt parti aduersæ inhiberi ne interim innouare audeat ipsa citata procurant, quæ inhibitio ad cautelam petita deneganda non est, quia ius inhibet nisi in manifesta calumnia sit petēs, ut statim prosequar.

20 Est igitur quæstionis, numquid pendente causa restitutionis in integrum, sileat negociū principale ita quod exequi non possit? & dicendū est regulariter executionem suspendi. l. unica. C. in integ. resti. postu. nihil no. Canoni. c. suscitata & præsertim Abb. n. 8. extra de resti. in integ. et est communis opinio legistarum ut dicit Ale. l. 4. § condemnatū n. 26 & ibi Ias. n. pariter 26. et Rip. n. 30 ff. de re iudi. Vitalis Gamba in tracta. clausu. in clausu. in integ.

nil noua.in integr.rest.penden.Afflic.decis. 356. fuit dubitatum Parisi.cons.100.nu.80. et sequ.uol.pri.

21 Quæ regula limitatur primo, non habere locum ubi latæ essent tres sententiæ conformes, quoniam eo casu per restitutionem in integrum petitam non impediretur executio.Bald.l.1.ad fi.C.ne liceat tertio prouoca. Alex.d.l.4.§.condemnatum nu.27.Paris. cons.109.n.17.uol.4.et pro hac uidetur esse Rotæ deci.2.alias de resti.in integ.pr.in no. Contrariam sententiam tenuit Lauden.doctor anti.quem esset Zabba.d.cle.ut calumn. quæst.23.et hos sequitur milis, qui late disputat in suo reper.in uerb.executio trium sententiarum,Saly.qui reprobat dictum Bal. in d.l.1.C.ne liceat tertio prouoca. in fi.et cum hac uidetur transire Ri.d.§.condemnatum n.31.Rota autem tempore Staphi.ut ipse dicit de resti.in integ.deci.1.modo tenuit unam modo aliam opi.ipse tamen Staphi.tenet cum Sal. cum hoc temperamento,uideli cet quod uel ex antiquis uel ex uouis aliquid demonstretur, per petentem restitutionem, quod excludat præsumptionē calumniæ, & hæc fuit etiam intentio Rotæ d.dec.1.in no. de resti.in integ.et ita etiam ex prædictis ut arbitror rationibus, Rota temporibus nostris diuersimode iudicauit ut dicit Pauazzo.

in addi

in addi.ad dictam deci. primam de resti.in integ.

Et quamuis in beneficialibus quādo resti tutio petitur a signatura aduersus rem iudicatam adhibeantur diuersæ clausulæ, ut est parito iudicato, dimissa possessione, refectis expensis & similibus de quibus per Staph.de litte.iusti.fol. secundum primam impressio-
22 nem 162.uers.quādo est lata una sententia, tamen in prophanis, de quibus loquimur, causa committitur prout de iure, non autem restitutio datur ut ipse ibidem dicit, uers.in prophanis, & propterea circumscripto stilo Rotæ, in foro de quo loquimur seruabitur iudicio meo opi.Saly.quæ est communior, dummodo is qui petit aliquid doceat, per quod calumniæ præsumptio cessat, ut supra dixi.

23 Hæc limitatio, ut executio etiam trium sententiarum impediatur, rursus sublimitatur, & declaratur procedere in restitutione in integrum principaliter petita, si is qui eā petit, præuenerit executionē, alioqui si aduersarius prius executionē cœpisset, quā restitutio fuisset petita, tunc non supersederetur in executione, Ale.cons.62.nu.4.et 5.et cons.223.n.6.uol.6.allegat Bal.l.fi.in.2.co.C. si ex fal.instr.tamen credo quod eo casu posset etiam incidenter corā iudice exequente intentari.

intentari, & sup ersederetur per ea quæ supra de nullitate impediente dicta sunt, & ideo Alexander non sine ministerio fundauit se in dictis consiliis quod restitutio esset principaliter petita.

24 Et unum notabis tu patrone, quod ea omnia quæ dicuntur de iure communi uendicare sibi locum in tribus conformibus, locum habent in statuto nostro, per quod duæ conformes habent uim trium, ut dicit Paris. cons.109.n.15.uol.4.post Bald.l.fi.col.fi.uers. sed numquid.C.de senté.et inter.omni.iudi.

25 Secundo principaliter limitatur regula ut nó habeat locum si petatur restitutio aduersus sententiam principis, quia tunc executio non impedietur, Ias.d.l.4.§.condemnatum n.28.et ibi Rip.nu.30.ff.de re iudi.Rui. cons.59.n.9.uol 5.

26 Tertio limitatur ut executio non impediatur quando esset præsumptio calumniæ contra petẽtem, iuxta clem.ut calum.de re iudi.quoniam eo casu data cautione de restituendo, iuxta formam dictæ clem.executio fiet, Abb.d.c.suscitata n.8.Alexandri.d.c.ex ratione col.30.uers.si autem manifeste, de appella.Imol.d.c.suscitata col.pe.uers.uel secundum, qui dicit commu.Ias.d.§ condemnatum n.27.et Rip.ibi n.30.Afflic.deci.356. fuit dubitatum ad fi.

27 Sed hos omnes casus in quibus executionem fieri posse non obstante petitione restitutionis in integrum dixi sublimitantur siue declarantur procedere ubi executio esset retractabilis,& per cautionem posset esse consultum, ceterum autem ubi per cautionem succurri non posset ut si de uita hominis uel carceratione tractaretur executio supersedetur Abb.d.c.suscitata nu.8.Alexandri.d.c. ex ratione col.30.in fi.faciunt quæ supra dixi dum de nullitate tractarem in limitatione huic simili uers.secundo limitatur quando.

28 Ceterum sciet patronns quod si pendente restitutione exequatur, præsertim post a iudice emanatam inhibitionem, etiam si ea inhibitio esset cum clausula prout de iure, antequam declaretur locum esse executioni uel præstetur cautio, secundum causarum naturam & facti exigentiam ut supra dixi, executio & inde secuta omnia per modum attemptati reuocabuntur, Abb.d.c. suscitata nu.9.quem ibi sequuntur ceteri Alexandri.d.c.ex ratione col.30.uers.et si pendente Quod est uerum & procedit si restitutio ante executionem esset petita, alioqui si cum restitutio petitur executio facta reperiretur, non retractabitur, ut dicit Abbas ubi supra.

His igitur contra quem restitutio petitur

si se

si se in casu executionis esse uiderit, citato aduersario inhibitionis moderationem obtinere procurabit, ut supra de nullitate dixi.

29 Hoc beneficium intra quatriennium a die illati grauaminis, uel postquam minor factus est maior, impetrari & expediri debet, alioqui petens excludetur ab eo. l. fi. C. de tempo. in integ. resti. cum ibi notatis cle. 1. & ibi glo. de resti. in integ. Quod quatriennium est ab initio utile, idest non incipit nisi a die scientiæ ignoranti, a die redditus absenti, a die quo maior factus fuerit minori, ut late prosequitur Deci. qui alios refert quos uidere poteris cons. 436. nu. 9. Balb. in tracta. præscrip. in pri par. 6 par. prin. nu. 28. uers. notandum. Postquam autem cœptum est quatriennium, tunc est continuum, & currit sine intermissione, ut dicunt docto. in locis proxime relatis.

30 Sed hæc de plano procedūt quādo læsio causatur uel ex cōtractu, uel ex sentētia, uel ex cursu maioris tēporis, quā sit quatrienniū, difficultas stat quid si quis sit læsus ex cursu minoris temporis, puta uel quia non appellauit infra octo dies statutarios, uel non repræsantauit apppellationem infra quinq. uel non fecit depositū infra triduum, aut infra sex menses causam appellationis expediri non curauit, numquid dabitur integrum quatriennium

quadriennium, uel tantundem temporis à
31 die cessantis impedimenti, quantum est illud in quo actus expediri debuit? Et quidem in ecclesia est expeditum ut sit quadrienniũ d.cle.1.ast in ceteris res adhuc controuertitur, Balb.in d.tracta.præscrip.in pri.par.6. par.princ.dicit cõmu.legistarum opi.quod restitutio peti debeat infra tantum tempus, quantum est læsio, idest si læsus est in tempore ad appellandum, peti debeat infra octo dies, si ad repræsentandum infra quinque,& sic de reliquis, quibus elapsis postquam impedimentum ut dixi cessauit, amplius peti non posit, licet, postquam restitutio est petita, facultas prosequẽdi & expediendi quadriennio duret de iure communi Afflic.uero deci.175.uniuersitas, dicit quod quadriennium est uniformæ in omnibus causis,& enumerat docto.qui hanc opi.tenuerunt & dicit cõmu.& pro ea in consilio Neapo.fuisse iudicatum, & quantum mihi uidere licuit
32 hæc est magis cõmunis, præsertim cum minores & ecclesiæ sint in hoc pari priuilegio honorati, adeo quod dispositum in uno, in alio dispositum censeatur, & quia cum esset iure ciuili dubium, decisum fuit iure canonico, & ex aliis rationibus quæ per docto.allegatos per Afflictum deducuntur, quas hic referre non curaui ne ultra mihi præscriptum

finem

finem uagarer.

33 Sed quid si instantia causæ restitutionis de qua tractamus principaliter aut incidenter petitæ, perimatur, numquid & ius petendi restitutionem peremptum esse censeatur? et quidem cōstat si iudex expresse restitutionem reiecisset, ulterius peti non posse.l.pri. & fi.C.si sepius in integ.resti.postu.c.fi.extra eo.titulo de resti.in integ.quia appellare debuit, is cui expresse denegata fuit dicto.c.fi. & hoc de plano procedit, nisi minor se restitui in integrum aduersus omissam appellationem ab ista denegata restitutione petat, ut d.l.1.& fi.& d.c fi.Vel nisi ex noua causa, quæ non fuisset in primo iudicio introducta ut.l.2.C.si sæpius in integ.rest.postu.Deci d.

34 cons.436.n.6.Sed quando lapsa est instantia, tunc poterit iterum peti, ut ipsa instantia absq; causæ cognitione restituatur per signaturam, quæ hoc passim concedere consueuit, quod quamuis sit gratiosum, ut patet ex allegatis per Capic.in deci.statim alleganda tamen quia indistincte concedi solet non est reputandum impossibile, Castren.l. continuus.§.cum quis n.5.ff.de uerb oblig.Ale. & ceteri.l.apud Iulianum.§.fi.de leg.pri. Deci.l. ea quæ raro, ad fi.ff.de reg.iur.& ideo a principe non denegatur Capi.in decis. Regni Neap.165.in causa domini comitis, quin

immo credo quod hoc casu posset peti incidenter restitutio, aduersus huius instantiæ lapsum, coram iudice qui de causa cognoscit, & esset concedenda arg.l.& si sine.§.restitutus.ff.de mino.

Hæc circa statutum nostrum dixisse sat est, ceterum si quis amplius de casibus restitutionem merentibus aut non, & de libellandi excepiendi & articulandi forma scire cupit uideat Roffredum hoc eodem titulo & Spe.isto met titulo, in quarto libro per docto.c.tam ex litteris extra eo.tit.per Alexandri.& alios d.c. ex ratione col.29.de appella. per Rotam eo.tit.in nouis & antiquis ac antiquissimis Bisgneti & per Ias.insti.de actio.§.rursus in quibus locis de materia abunde tractatur.

LIBER OCTAVVS.

De executione rei iudicatæ Cap. I.

1 SEd quoniam parum eſſet ſententias obtinere niſi eæ, debitæ executioni demandarentur ut dicit glo. Rub. C. de exec. rei iudi. neceſſario de ea tractãdum erit, dicitur autem res iudicata quando iam amplius appellari non poteſt glo. l. pri. ff. de re iudi.

2 Verum quia tres ſunt modi per me ſupra traditi, quibus ex forma noſtrorum ſtatuto rum quod noſtrũ eſt, ſuel nobis debitum cõſequimur, uidelicet ordinarie, executiue & ſummarie, igitur de modo exequendi ſingulis caſibus tradere libet ut ex diſtincta traditione res plenius intelligatur.

3 Ante tamen quam ad prædicta deſcẽdam ſciendum eſt quod & ſupra titulo de executione ſentẽtiarum explicui rei iudicatæ executionem iure communi duplici uia peti poſſe, una uidelicet ut adeatur iudex ordinarius & coram eo ſententia exhibeatur & petatur ut ipſa executioni demandetur, & hic actionem iudicati intentare dicitur, alia quod imploretur officium iudicis qui ſententiam tulit ſuper ſententiæ ab eo latæ executione.

De primo loquitur ſtatutum libr. 1 c. 91. & c. 92. de ſecundo loquitur dictum c. 92. in ſecũda parte ſui ibi, ſi uero ab eis fuerit appellatum, de utroq. loquuntur Bar. Alc. Ias.

& Rip.

& Rip.l.intra dies.ff.de re iudi. Ale.l.a diuo Pio in princ.nu.21.illo eo tit.Feli.c.pastoralis.§.præterea uerſ.glo.in uer. diſcuſſa de offi.deleg.

4 Qui igitur actione iudicati executionem ſententiæ definitiuæ uel laudi aut arbitraměti aut ſententiæ arbitrorum habere uult, is ex ſupraſcripto ſtatuto & ex ſententia doctorum proxime relatorum, comparere debet coram iudice ordinario (& ſi ſit idem qui ſententiam tulit non coram eo tanquam is qui ſententiam tulit, ſed tanquam ordinario), debetq.coram ipſo ordinario ſuam ſententiam parte ad id legitime citata.l.de uno quoq.cum concor.ff.de re iudi. exhibere, iuxta formā ſupra traditam in productione inſtrumenti, cuius petitur executio, illamque executioni debitæ demādari petere debet, & tunc iudex ex ſtatuto lib.1.c.93.mandare debet uicto, ut infra octo dies det faciat ſol uat & impleat quod in ipſa ſententia continetur, quod mandatum in ſcriptis fit, & de parendo appellatur de quo infra tit.proximo uerſ.commiſſum quibus elapſis, ſi non impleuerit quæ in ſententia continentur uel legitimam exceptionem oppoſuerit, ut infra dicetur, relaxabitur ipſo pariter citato contra eundem mandatum executiuum, reale & perſonale ut ſtatutum prædictum aperit, &

ad executioné ut infra dicetur procedetur.

5 Dies de quibus loquitur ſtatutum d.lib.1. cap.93. & qui in ſupraſcripto mandato continentur continui intelliguntur ex ſtatuto lib.1.p.162.uerſ.eſt quoque.

Et ſecundum prædicta poterit peti executio cuiuſcumq. ſententiæ late a quo uis ordinario, etiam extra urbem, ut latæ dicunt docto.d.l.a diuo.§.ſententiam ff de re iudi.

6 Sed hic dubitari contingit, numquid ſufficiat ſola ſententiæ exhibitio abſq. actis, an etiam actorum productio requiratur? & quidem communis concluſio eſt doctorũ, quod in antiquis acta non requirantur, & ſola ſententia plene probet, de qua per Gramma.decí.24. Andreas de maxo.& per Aymon. Grauettam qui latiſsime diſputat, in tracta.de antiqui temp par.2.a principio uſque ad finem. n 8.poſt cano c.quoniam cõtra de probat.& aliis locis de qbibus latiſsime per eos, & hoc ſiue in ſententia enuntientur acta, ſiue ſolemnitates in ſpetie, ſiue in genere, ſiue ſententia ſit dicta contra præſentem, uel abſentem ſiue contra contumacem uerum uel fictum.

7 Solum ſtat difficultas quando cenſeatur antiqua, nam aliqui tenuere, de decennio, alii de biennio, quos refert gramma.dicta decis.nu.5.alii de uiginti annis, alii de triginta,

ginta, communis opinio eſt quod relinquatur arbitrio iudicis, qui penſata negocii & partium ac iudicis qui ſententiam tulit, qualitate, quanta fuerit fides adhibenda, & utrũ factum eſſe antiquum ſibi uideatur, ſtatuet, præterquam in annis triginta, in quibus omnes, citra diſtinctionem concurrunt, ut idẽ Aymo dicit d.par.2.n.20. adhũc igitur recurres, quia multas & quidem notabiles quæſtiones diſputat, & limitationes concluſionibus adaptat, quas hic breuitatis cauſa referre omitto, unũ tamen admoneo ut ſi ſententia antiqua quæ ſine actis ut dixi probat, producatur. Patronus rei procuret acta reperiri, ad hoc ut eis rimatis perſpicere poſſit ſi aliquod uitiũ in ſententia ſit, ſciet enim quod tunc præſumptio pro ſententia ceſſabit, ſi acta contra præſumptionem ex ſententia reſultantem apparebunt. ut ipſe Aymo dicit ubi ſupra.

8 Hæc quæ de ſententiis dicta ſunt & de laudis intelligenda erunt, ut dicit & late proſequitur Feli.d.c. quoniam contra uerſ.ſexta conclu.nu.37.

9 Qui hac uia ſententiæ executionem petit, animaduertere debet ad inſtantiam, nã licet ſequenti caſu nulla inſtantia detur, tamen hoc quo loquimur erit inſtantia eadem quæ eſt cauſarum ciuilium, ut dicit Papien.

de for.executio.senten.in reali.uers.faciedo eum ire n.3.

10 Ab hoc decreto de exequendo seu mandati relaxatione appellari poterit Bart.& Sali.l.ab executione.C.quorum app.non reci. & ex statuto lib.1.c.166.licet ab executionibus facti appellari non possit ut dicitur.d.l. ab executione & in statuto prædicto.166. ideo procurator appellationem non omittet quam sciat formari oportere in scriptis & cum causæ expressione, alias iudex posset eam non admittere, ita putauit Salicetus.d.l.ab executione nu.3.ad fi.quod arbitror ualde notandum.

11 Alius & magis frequens est modus petendi executionem sententiæ iudicis officio, coram ipso iudice qui eam protulit, uel confirmauit, et tunc ut sciamus quis sit iudex competens huic executioni fiendæ, distinguendi sunt quatuor casus, primus est quan do non est a sententia appellatum, secundus est quando est appellatum, & prima sententia fuit confirmata uel infirmata, tertius quando fuit appellatio deserta, uel ipsa appellatio reiecta, quartus quando renunciatum fuit appellationi per appellantem.

12 De primo igitur casu, quando non est appellatum, iudex qui sententiã tulit ipse suam sententiam exequetur, ex mente statuti d.

lib.1.

lib.1.c.92.c.Romana.§.contrahentes de foro compe.li.6.per Ale.d.l.a diuo pio in principio nu.21.nec hic cadere poteſt aliqua difficultas, cum iſti ſtatutarii iudices ſint ordinarii, ceterum ſi eſſent delegati recurrendum eſt ad nota.per docto.d.l.a diuo pio in principio & c. paſtoralis.§.præterea de offi.deleg.

13 Secundo caſu, quando eſt appellatum, & ſententia confirmata uel infirmata aut reformata, iudex qni de appellatione cognouit, ipſe exequi debet, ex dicto ſtatuto lib.1. cap.92.& c.171.l.præcipimus & ibi Bar.C.de appella.per Bart.d.l.a diuo pio in principio nu.15.& hæc eſt communis opinio ut ibi dicit Ale.n.20.& ibi ſequũtur ceteri per Francum.c.ex ratione col.28.uerſ.6.quæro de appell.per Feli.d.c.paſtoralis.§.præterea circa med.de offi.deleg.& hæc eſt ut dixi communis opinio, quicquid tenuerit Zabarel.in cle. ut calumniis, in fi.princ.de re iudi.& Staphi. de litteris iuſti.ca.148.ſecundum primam impreſſ.uerſ.præterea qui confirmat.

14 Tertio caſu quando appellatio fuit deſerta, uel a iudice ex cauſa rationabili reiecta, iure communi executio ſpectat ad primum iudicem, quia ex prima ſententia oritur actio.l.fi.§.illud, ibi tanquã ſcilicet ab initio.C. de temp.appella.&.l.ſi contra.C.de appella.

Bar.d.l.a diuo pio in princ.n.15.Ale.ibi n.22 Ias.n.26.Philipp.Franc.d.c.ex ratione col.28 uerf.6.quæro,de appell.Feli.d.c.paſtoralis.§. præterea de offi.deleg. Quin immo Francus ubi ſupra ampliat hoc etiam procedere,ſi iu dex pronunciaſſet appellationem deſertam & ſententiam expræſſe confirmaſſet, quia poſtquam appellatio eſt deſerta ſuperuacuo confirmatur a iudice , cum ſit a lege confirmata , allegat Bald.hoc ſingulariter tenentẽ in.l.penul.in fi.C.quorum appella.non recipiuntur. ſed contra hoc tenere uidetur Feli.c.ex parte il 2.co.5.uer.addatis multa ex. de reſcrip.qui nullam nec de Baldo nec de Franco facit mentionem.

15 Et ex ea Phil.Franchi deciſione dicebam, quod quamuis ſtatutum li.5.c.54.dicat quod poſtquam appellatio eſt deſerta iudex aut mandatum executiuum dare uel cauſam deſertam & inſtantiam peremptam pronunciare teneatur , ad partis petentis electionem, dicebam inquam quod quamuis uideatur uerbũ illud iudex, ex ſequẽti alternatiua,referri ad iudicem appellationum , quod tamen ut ſtatutum . Iuri communi reſponderet , intelligendum erat , de iudice a quo,reſpectu relaxationis mandati, præſertim cum multoties deſertiones cauſentur , ante tranſportationem actorum, ante quorum tranſportationem

ſportationem, iudex de meritis non potuit cognoſcere, & etiam de facili ignorat, an ſit cauſa in qua mandatum ſit relaxandum, uel etiam pro qua ſumma, uel pro qua re, cum maxime non in omnem caſum, relaxari poſſit mandatum executiuum pro ſentētiæ executione, ut ex infra dicendis apparebit hoc tamen cogitandum relinquo.

16 Sed hic cadit dubitatio nnmquid eo caſu quo appellatio per lapſum fatalium remanet deſerta, requiratur iudicis ad quem declaratio, ad hoc ut iudex a quo iuriſdictionem reaſſumat, an ipſe iudex a quo ſine aliqua declaratione & certioratiōe iudicis ad quem, ad executionem procedere poſsit; & hæc eſt quidem ſatis intricata quæſtio, tamen communis opinio eſt quod non requiritur neceſſario declaratio iudicis ad quem; ſed iudex a quo, lapſis fatalibus, parte tamen citatā, ſuam ſententiā exequi poteſt, Phi. Franc. d.c. ex ratione col. ante penul. uerſ. ſeptimo & ultimo, & ibi Alexandri. col. 18. uerſ. circa primam, & col. 11. uerſ. 6. eſt quæſtio de appell. quicquid tenuerit Bar. l. eos n. 8. C. de appel. Feli. latiſſ. c. ex parte ſecundo col. 5. uerſ. & ideo petens, extra de reſcrip. conſilium tamen eſt, ut pronuncietur deſerta per iudicem ad quem, tum propter inhibitionem ab eo emanatam, ut dicit Francus ubi ſupra, tum

etiam

etiam quia appellans citatus posset comparere coram iudice ad quem;& petere coram eo restitutionem in integrum, aduersus lapsum fatalium, si aliqua sibi iusta competeret excusatio, & si illam obtineret, posset procedi in negocio principali, & executio per modum attemptati reuocaretur, ut aduertunt prædicti docto. qui prædicta diffuse tractant, præsertim Feli. qui examinat per tres columnas, ideo minime immutandum censeo quod certam interpretationem in hoc foro recepit, idest ut instantia deserta pronuncietur, per iudicem ad quem ut supra dixi dum de appellatione tractaui.

Scio etiam aliquando fuisse tentatum, citari appellantem, coram iudice a quo, ad docendum de appellatione & illius legitima prosecutione, uel dicendum causam quare sententia contra ipsum lata, quæ in rem transiuit iudicatam, propter lapsum fatalium exequi non debeat, iuxta tradita per Feli. ubi supra, sed hæc cautela sola iudicis appellationis inhibitione tollitur, ut dicit Franc. d c ex ratione col. pen. & maior fit circuitus, sed utraq. praxis bona est.

17 Hoc igitur casu postquam fuerit desertio per iudicem ad quem iuxta frequentiorem curiæ stilum declarata, patronus sibi fidem fieri a Notario iudicis ad quem, curabit, quã

citato

citato aduersario ut in productione iurium dixi in ordinariis,coram primo iudice pro ducet, qui ex tunc ad executionem ut infra dicetur deueniet, citatio autem in hac pro ductione erit necessaria, tum ex regula generali.l.de uno quoq.ff.de re iudi.cum ex dictis Feli.d.c. ex parte col.5.uers.declara.& col.6.uers.concludendum.

18 Quarto casu,quando est appellationi renunciatū, quāuis Bart.d l.a diuo in princ.ff. de re iudi.tenuit per utrumque iudicem exequi posse,tamen communis opinio est in cō trarium, ut solus iudex primus, exequi possit, Ale.d.l.a diuo in princ.nu.22.Ias.nu.25. uers.tertius casus; Feli.d.c.pastoralis.§.præterea uers.tertius casus, de offi.deleg.& hoc uerum si simpliciter appellationi renuncietur,sed si is qui appellationi renunciauit,prō misisset uel sententiæ parere uel certam pœnam soluere, coram iudice ad quem, tunc etiam iudex ad quem, illam confessionem exequi posset,& hoc casu opi.Bart.procedere posset ut declarant Alex.Ias.& Feli. ubi supra.

Ex præmissis cognitum restat ut arbitror quis iudex quoquō casu pro sententiæ executione adeundus sit, nunc de forma tractandum erit.

De

De executionem rei iudicatæ in ordinariis Cap II.

minus

1 ET quidem in ordinariis causis, de quibus primo loco dixi, quia in illis mãdatum executiuum in sententia relaxari non solet, iudex requisitus a parte super executione, mandatum de parendo faciet Victo & illius procuratori, cuius forma ex præscripto Curiæ stilo est quæ sequitur.

2 Commissum est per nobilem D. Iulium Paulum I.V.D. Ro. Po. appellationum & nullitatum Capitanenm, ad petitionem & instantiam Venulei Cãpani principalis & Sceuolæ eius procuratoris, Parmenoni iurato nuntio Cur. Cap. quatenus ad dictorum dominorum instantiam eat citet moneat & requirat præcipiat atq. mandet personaliter si reperiri poterint sin autem ad domum eorum solitæ habitationis dimissa copia, alta & intelligibili uoce uicinis audientibus, & iuxta formam statutorum urbis. Quintum Ciceronẽ exaduerso principalẽ & Marium

Verutum

Verutum eius procuratorem, quatenus infra octo dies proximos iuxta formam statutorum urbis, pareant & paruisse debeant cũ effectu sententiæ alias latæ per eccellentem iure con. Tribunianum Victorium, Vrbis Senatorem Illustrem & per præfatum D. Capitaneum confirmatæ quæ sentẽtia secundum eorundem statutorum formam, in rem transiuit iudicatam, & infra eundem terminum ueniant & compareant coram præfato D. Capitaneo ad uidendum productionem & repetitionem certorum iurium & actorum & dictæ sententiæ, & reluendum copiam si uoluerint, nec non ad informandum dicendum & allegandum quicquid uoluerint & potuerint & causam quare ad prædicta non teneantur & illa fieri non debeant, de qua causa patet ex actis Notarii infrascripti ideo &c. alias &c. Datũ in Palatio Illustriss. DD. Conseruatorum Cameræ Almæ Vrbis ad Tribunal præfati D. Capitanei die &c.

Hæc forma ut ex se patet sumpta est ex statuto lib. 1. c. 93. & quantum actinet ad ter
3 minum octo dierum iuri communi conformis est, nam inter sententiam & executionem aliquod spatium intercedere debet, ut notat Ale. post alios d. l. a diuo. §. in uenditione n. 31. ff. de re iudi.

Sed quia in madato de quo proxime, in-

ter cetera datur facultas reo comparendi,& allegandi quare ad contenta in mandato nô teneatur, & illa fieri non debeant, quod & iure ciuili fieri debet, Bart. et post eum alii d.l.a diuo.§.in uenditione nu.2.non erit ab re cognoscere quæ exceptiones hoc casu opponi possint.

4 Et quidem ultra duas illas nullitatis scilicet, & restitutionis in integrum, de quibus supra tractatum est, generaliter omnis exceptio, quæ non impugnat sententiam, sed eã modificat, executioni opponi potest.l.si fide iussores.§.fi.ubi Bart.ff.de fideiusso.l.ex diuerso.§.fi.ubi & Bart.et Paul.ff.sol.mat.l.nesennius.§.fi.ff.de re iudi.l.pri.et ibi docto.C. de iuris & fact.ign.ut est Beneficium siue priuilegium quod habent maritus & alii, ne conueniatur ultra quam facere possunt,& quod habet fideiussor ut sibi cedantur actiones, nisi huic beneficio renunciatum esset, & in aliis casibus notatis per Vber.de Bonaccur. in tracta. de exceptio.in tit.de exceptio.& bene.quæ post diffi.senten.oppo.possunt, & ibi etiam notatur in addi.per Anto.de Tremolis qui de mente docto.in locis proxime relatis, extendit regu.beneficium inuentarii, quod competit hæredi, & possessori pro deductione impensarum in re factarum,& ad compensationis exceptionem.

Quæ

5 Quæ quidem uera sunt & procedunt nisi iudex ante sententiam cognouisset de hac exceptione, & illam reiecisset, quia tunc executioni opponi nō posset ut dicunt Bar. Bal. & Alex. d. l. ex diuerso. §. fi. ff. sol. mat. De quo an & quando dicatur cognitum & censeatur reiecta, per Castre. l. quod in diem ff. de compens. per Feli. late. c. suborta nu. 4. et 5. in 8. limit. extra de re iudi.

6 Alia etiam traditur limitatio, scilicet quādo iudex ante sententiam, præfixisset terminum peremptorium ad opponēdum omnes exceptiōes peremptorias dilatorias & anormalas, ut dicit Bal. l. ab executione, col. pen. uers. sed dubitatur. C. quorum appell. non recipi. cuius dictū ut singulare laudat Alex. d. l. ex diuerso. §. fi. in. 2. col. uers. prædictis adde, quem sequitur Ant. in addi. ad Vber. ubi supra hæc tamen limitatio uix est ut cadere possit in statuto nostro, quia dilationes quæ ex eo præfiguntur immutari non possunt, nisi cautus patronus per recursum ad signaturam futuræ cautelæ rei, obuiaret.

7 Poterunt etiam & Macedoniani & Velleiani exceptiones opponi, & non nullæ aliæ quas prosequuntur Ant. et Vbert. ubi supra ibi eas uidebis, longum enim esset hic omnia transferre.

8 Si igitur reus, infra terminum sibi præ-

 fixum,

fixum, quæ in ſententia continentur non im pleuerit, uel ſe aliqua releuanti exceptione non tutauerit, tunc citato reo illiuſq. procuratore ad uidendum relaxari mandatum iuxta formam rei iudicatæ, iudex mandatum
9 executiuum relaxabit.

De citatione in hac mandati executiui relaxatione fienda Bart. diſtinguendo dicit, quod duobus tantum caſibus neceſſaria nõ eſt, uidelicet quando exequendum eſt in ea re, in qua eſt facta condemnatio, puta in rei uendicatione ſi res extat, uel perſonali ſi extat ſpecies petita, Bart. d. l. a diuo. §. in uendicatione, n. 2. idem uoluit Sal. l. ab executore col. 3. uer. quæro ſecundo. C. quorum appell. non reci. Ale. uero. d. §. in uenditione nu. 31. uerſ. ultima fuit, dicit quod uerior uidetur opi. quæ & ipſa fuit Bar. quod in omnibus caſibus citatio fieri debeat, & hoc idem ſequitur Ias. ibi n. 9. qui dat cautelam ut pars citetur in omni caſu, a qua tu cautæ patrone non diſcedes.

Si igitur iudicium rei uendicationis erit uel ſpecies petita extet, tunc res erit expedita, quia cum eo mandato poſſeſſionem actor conſequetur. l. qui reſtituere. ff. de rei uendi. ad Bar. d. l. a diuo. §. in uenditione n. 3. et ibidem Ale. n. 31. et Ias. n. 9.

Sed ſi actio perſonalis ſit, uel res petita nõ extet,

extet, tunc mandatum relaxabitur pro executione fienda.

10 Iuris ordo est ut prius capiantur mobilia & se mouentia, & si illa non sint, aut non sufficiant capiantur immobilia, deinde nomina debitorum, & in hoc omnes concordant d.l.a diuo·§ in uenditione, cum his duobus temperamentis, primo ut capiantur mobilia minus reo dannosa, secundo ut pro modico debito, nō capiatur res immobilis magni ualoris, glo.d.§·in uenditione & ibi Bar. n.5.et Ale.qui dicit opi.glo.et Bart.esse commu.n.4.licet ipse cogitandum relinquat, & glos. sequitur Ias. ibi num.10. qui testatur commu.

11 Et licet si ordo prædictus confunderetur ut primo res soli caperentur quam mobilia non propterea executio nulla esset, nihilominus ab ea posset appellari, & per uiam iniquitatis uel grauaminis executio reuocaretur, ut dicit Bart.d.§·in uenditione nu.6.et Ias.n.19.qui dicit opi.Bart.magis communiter teneri, licet ipse post Ale.n.5.sentiat cōtra Bart.et quidem non leuibus argumentis quia forma nō seruata actus sit nullus, cōmunis tamen opinio ut ipsi dicunt, est cum Bar. ut posit appellari & nulla non sit.

12 Dixi supra quod ex iuris ordine primo loco capiuntur mobilia & se mouentia, se-

cundo res soli, tertio nomina, quid dicēdum de persona, utrum hæc quarto loco capi debeat, an secundo, uel interim quando libet? Et quidem in hoc uariæ sunt opiniones, nam glo. reputata singularis. l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tuto. tenuit expresse quod non possit capi persona nisi facta excussione bonorum & glo. opi. sequuntur Bart. et Bald. l. 1. C. qui bo. ced. pos. et non nulli alii quos refert Ale. d. §. in uéditione n. 7. Bal. uero l. fi. §. et si præfatam. C. de iur. deliber. et Sali. l. cum filii. C. qui bo ced. pos. tenent opin. contra glos. ut possit etiam incipi a persona, ipse uero Ale. dicit quod uerior sibi uidetur opinio Bald. & Sali. sed quod opinio glo. est communior, & quod in pratica esset periculosum recedere ab opi. glo. Paul. de Castr. d l. 4. in principio, n. 4. dicit, quod illa glo. non seruatur de consuetudine, & ex forma statutorum Italiæ, quia est in electione creditoris incipire uel a persona uel a rebus. Ias. d. §. in uéditione, n. 1. uidetur se remittere ad dicta per Ale. ubi supra, Papien. de forma exec. sente. n. 22. sequitur glo. Fel. c. quod ad consultationem nu. 10. uers non deuenitur, refert opiniones & nihil concludit, nisi quod ultimo loco dicit quod Ale dixit quod in pratica esse periculosum recedere ab opi. glo. si tot Patres ambigerunt quid ego.

13 Ad has igitur ambiguitates tollendas, factum est statutum lib. 1. c. 93. in quo dicitur quod si is qui Iussus est sententiæ parere, infra octo dies ut supra dixi non paruerit, contra eum procedatur ad diffidationem, & personalem capturam, & etiam executionem militari manu faciendam, & per electionem unius remedii ex præfatis non præiudicetur uictori siue creditori, in aliis uiis missionis in possessionem bonorum, adiudicationis, uenditionis & dationis in solutum, & aliis remediis iuris, & facti, hincque factum est ut mandata executiua huiusmodi sub tenore relaxentur.

14 De mandato Illustr. Senatoris & ad instantiam Pauli Emilii principalis auferantur de domo uel aliunde de bonis Publii Scipionis bona ualentia summam ducatorum centum & expensas in quibus eidem tenetur occasione prout in actis & ablata deponãtur subhastanda & deliberanda iuxta formam statutorum, uel capiatur idem & ad carceres ducatur, ex quibus non relaxetur donec eidem istanti de dicta summa & expensis satisfactũ fuerit, uel alias fuerit concordatum, uel inuestiatur idem instans siue eius legitimus procurator, in bonis stabilibus dicti publii Scipionis, æquiualentibus summam prædictam, & expen. subhastandis & deliberandis

iuxta formam statutorum, & immissus manuteneatur ita quod electa una uia non præiudicet sibi in alia, iuxta formam eorundem statutorum, & hoc attento quod, & quæ sequuntur.

15 Hæc etiam electio iuuatur alio statuto, li. 1 c. 166. quo cauetur quod ab executionibus facti & capturis personalibus nulla recipiatur appellatio, cũ igitur supra proxime uer. & licet, concluserim ex communi opinione executionem ordine iuris non seruato factam, irritam non esse, sed remedio appellationis reuocari posse, & ex hoc statuto. 166. appellatio prohibeatur, remanet quod executio præpostero iuris ordine facta retractari non posit, sicq. ex necessario quodammodo consequenti, electio creditori concessa est.

Hinc igitur cessant multæ difficultates de quibus per docto. et præsertim Ale. d. l. a diuo. §. in uenditione, ut est excusio mobiliũ, fides executoris, ordo in immobilibus, excusio stabilium, & captura personæ & aliæ quæ ibi copiose tractantur.

16 Sed quid si is Senator uel Collateralis aut Capitaneus qui mandatum executiuum cõtra reum relaxauit, offitio sit functus, numquid eodem mãdato fieri poterit executio, an nouus iussus successoris haberi debeat? & credo

credo quod posſit ſine nouo mandato, executio fieri c.ſi ſuper gratia de offi.dele.lib.6. Bart.l. fundi emptor ad fi.ff.de acqui.poſſ. quod maxime procedit in caſu noſtro, in quo idem officium durat, licet homines, qui illud exercent mutentur.l. proponebatur cum ſimi.ff.de iudi.quid autem ſi Iudex pendente proceſſu moriretur uel ei daretur ſurrogatus uide per Feli.c.quia Gu.nu.4.uerſ. quid autem, ſi moritur iudex extra de iudi.

Nec huic concluſioni contradicunt quæ notat Bald.l.ordo nu.12.uerſ.nota in hac.C. de executio. rei iudi.et Ale.d.l.a diuo.§.in uenditione nu.34.quia ipſi loquũtur in relaxatione mãdati fienda in realibus a ſucceſſore; quo caſu ſupra dixi cautelam eſſe omni caſu, partem eſſe citandam, quæſtio autem hæc eſt poſtquam mãdatum relaxatum fuit.

17 Rurſus uidendum eſt, quid ſi is qui condemnatus fuerat & contra quem mandatum de exequendo fuerat relaxatum, defunctus ſit, numquid contra hæredem & an abſq.ali qua alia citatione executio fieri poſsit? & uerius eſt exequi poſſe.l.ex contractu.ff.de re iudi.Bar.l.creditores.C.de pigno.Papien. de forma execut.ſenten.realis in princ.n.26 Paris.conſ.19.n.22.uol.1.Sed citatio omnino requiritur, Feli.c.quia Gu.nu.4.qui late probat extra de iudi.et ita iudicatum uidi, & executio

& executio quæ facta fuerat in bonis defun cti, hærede non citato, reuocata fuit, prima cõclusio uera est nisi lapsum esset decenniũ post mortem illius, contra quem fuerat relaxatum mandatum, creditorque nihil iterim ab hærede petiisset, quoniam eo casu illud mandatum etiam cum citatione partis amplius exequi nõ posset, ex stat. lib. 1. c. 102. Caue tamen quia ex eo statuto non tollitur uis præcedentis sententiæ, seu condemnationis, aut processus, sed tantum uis illius mandati, ut cum eo ulterius executio fieri non posit, & si fieret nulla sit. Aliud igitur mandatum obtinendum erit, ex præcedenti re iudicata, uel processu, nec intelligas apodissam de qua loquitur ibi statutum, pro chirographo seu apoca debitoris in qua quis se debitorem constituit quoniam apodissa in hoc statutorum uolumine capitur in effectu & ut plurimum aut pro eodem quod est mã datum quod fit a iudice executori ut capiat bona rei condemnati subhastanda, cuius formam supra posui, ut probatur ex statutis li. 3. c. 19. 20. 21. et 23. et l. 5. c. 5. et 15. et 50. Aut pro schedula quæ fit a mandante Mandatario ut soluat tertio, ut est lib. 3. c. 320. in hoc autem de quo loquor statuto pro mandato de exequendo absq. dubio capitur.

19 Verum quia non in omnibus bonis executio rei

tio rei iudicatæ fieri potest, non erit ab re, hoc in loco animaduertere quod stipendia militaria, in causam iudicati pignori capi non possunt.l.stipendia.C.de executio.rei iudi. nisi demum in subsidium, quando alia bona non extant. Item nec Boues aratoriis, nec instrumenta aratoria.l. executores &.l. pignorum cum aut.agricultores.C.quæ res pignori, quod etiam intellige nisi in subsidium, ut notant docto.in locis prædictis. Item nec arma militum nec libri scholariorum aut doctorum actu studentium. glo.est not. in.l nepos proculo.ff.de uerb.sign.quam sequitur Bald.in rub.C.qui bo.ced.pos.Ias.§. item seruiana,n.65.insti.de actio.Alciat.d.l. nepos proculo in ulti.glo.Marcus Mantuan. in tracta de priuil.mil.quæst.46.nu.276.neq. hoc casu distinguam extent aut non alia bona, sicut in præcedentibus distinxi, quoniam isti quos ultimo loco retuli, non nisi in quantum facere possunt condemnantur.l.miles & ibi docto.ff de re iudi. Bart.l.medicos.C. de professo.et med.lib.10.Canoni.c.Odoard. extra de solut.

18

19

20 Sed & si minores sint qui condemnati fuerunt, siue in realibus siue in personalibus, eadem forma quæ de maioribus dicta sunt & infra dicentur seruanda erunt. Bart.et ceteri d.l.a diuo.§ exequuntur.ff.de re uidi Alex.

d.l.a

d.l.a diuo.§.in uenditione n.28. præterquam in diebus subhastationis ut infra suo loco notabo.

21 Aliena bona pignori capi non possunt, ut dicit tex.l.a diuo.§.si super rebus.ff.de re iudi.et naturalis ratio suadet, nec etiam curatoris pro debito pupilli sui.l.pri.C.quand.fiscus uel priua.Igitur tertius cuius bona quasi debitoris pignori capta sunt, comparere debet coram iudice exequente, & docere summariæ & etiam semiplene, secũdum Bar. ubi infra, pignora capta sua esse, quo docto, sibi restituentur ut dicit tex.d.l.a diuo.§.si su
22 per rebus & ibi Bar.et omnes, incumbit autem onus probandi huic tertio quia præsumitur pro executione & nuntio creditur Ale.d.§.si super rebus n.17.Alci.de præsump. reg.3.præsump.14.nu.4.de quo & in uer. itẽ alterum & hæc cognitio erit summaria quæ etiam plenario iudicio non præiudicabit. Nam quamuis huic tertio pignora capta ut sua restituerentur, si tamen debitor, alio iudicio contendat sua esse, & non tertii hæc summaria cognitio & pronunciatio tertio non proderit, sed ordinario iudicio cuius sit cognoscetur, ut ibi dicit tex. ad litteram, ad hũc igitur locum pro casuũ contingentia recurras, quia multæ & pulchræ inhibi quæstiones præsertim, per Ale.examinantur, aliquæ

etiam

etiam tanguntur per Sali.l.fi.C.de exec.rei iudi.et per docto.l.ob maritorum.C.ne uxor pro marito.

23 Vnum te animaduertere uolo quod ſi nuntius haberet in mandatis immittendi in poſſeſsionem Lelium, in bonis Fabii & accederet ad fundum Lentuli ſeu per Lentulum poſſeſſum, quod poterit a Lentulo iuſtæ arceri & prohiberi ut dicit Ale.d.§.ſi ſuper rebus nu.15.quem uideas.

24 Item & alterum quod frequenter euenire ſcio quod ſi executores repererint bona poſſideri per debitorem, quod quamuis tertius afferat eſſe ſua, non propterea abſtinere debent ab executione, quia poſſeſsio eſt penes debitorem, & cognitio iudici reſeruabitur,

25 ut prædixi. Sal.l.2.n.6.C.quan.fiſcus uel priua. Quod uerum puto niſi eſſent talia bona quæ ex ipſarum inſpectione, debitoris non eſſe, apparerent, ut ſi fieret executio in domo mariti debitoris, & ibi ueſtes uxoris reperirentur, uel ipſius uxoris iocalia tunc.n. ex hac alia & uehementiori præſumptione, elideretur prior illa præſumptio, quæ oritur ex poſſeſsione, Bal.et poſt eum Sali.l.ob maritorum n.4.uer.quid ſi res iſtæ.C.ne ux.pro mari.et propterea uidi multoties abſq.aliqua probatione de ſuper ab uxore fienda, per peritiſsimos iudices ueſtiméta & ſimilia

muliebria

muliebria a proteruis executoribus capta, ipsis mulieribus,absq.alia desuper probatione fienda,restitui mandari.

24 Quin immo cum semel & iterum contigisset, quod mater & uxor propria eorum iocalia & uestes executoribus filinm, & maritum ad carceres ducentes tradidissent, ut pignora retinerent,debitores relaxarent,& eæ mulieres paulo post in iudicio contenderent pignora per eas data, eis restitui debere, tandem pignora restituta fuisse scio quia non minus iuuantur Senatus Consulto uelleiano mulieres,quæ pro aliena obligatione pignus dant, quam quæ fideiubent.l.Senatus consultum &.l si qua mulier, & ibi docto.C. ad uelle.nisi deciperent.l.si fine.C.eo, cum igitur eæ mulieres altera aureum torquem de suo collo detractum, altera uestem muliebrem dedissent,& muliebres esse apparerēt, non deceperunt executorem, qui homo est & quidem forensis cui iuris ignorantia non permittitur & merito irrita executio remansit.

25 In uenditione pignorum, ut res ad unam consonantiam quo ad fieri posset in tanta temporum & statutorum uarietate reduceretur, statutum quod est lib.4.c.24.uoluit, quod si immobilia pignori capta essent, seruaretur statutum de executione instrumen-

torum

torum dotalium, quod est lib. 1. c. 79. & quā uis longa sit differentia, inter pignus prætorium & iudiciale, de quo loquimur, ut per Ale. d. l. a diuo. §. in uenditione n. 37. et Ias. ibi nu. 4. et per Ant. negusan. in tracta de pigno. in secundo & tertio membro tertiæ part. princ. tamen hoc statutum tam in prætorio quam in iudiciali seruādum est, & ab eo non recedendum.

26 Si igitur mobilia sint, quæ pignori per executores capta sint, inquit statutum prædictum lib. 4. c. 24. termini statutarii abbreuiētur, non tollit igitur statutum istud terminos statutarios de quibus loquitur statutum lib. 1. c. 79. sed uult quod illi possint tantum per iudices abbreuiari, & ex consequenti adiudicatio æstimatio peritorum, præconis edictum, idest subhastatio, deliberatio plus offerenti, uel datio insolutum, in defectum iusti oblatoris, & facultas redimendi ipsi creditori relicta, sublata non sunt. Vsu tamen alias receptum est, ut scilicet postquā facta fuerit executio & sic bona fuerint per executorem depositata, citetur reus ad uidendum fieri mandatum de consignandis pignoribus, mandatario siue nuntio ad effectū subhastandi, quo mandato per iudicem decreto, ipse nuntius illud afferre debet executori, qui tenetur ipsi nuntio bona per ip-

ſum executorem pignori capta, conſignare, ex tunc nuntius facta ſibi conſignatione, & citato reo ad uidendum mandari ſubhaſtari bona pignori per executores capta, & iudicis decreto ſubſecuto, nuntius ipſæ bona illa palam in foro retinere conſueuit, ſaltem per triduum, nam non ſemel ſed pluries & diu producenda ſunt pignora & præconizanda Bald. l. ordo n. 5. uerſ. item nota. C. de execut. rei iudi. debetq. nuntius diligenter annotare nomina oblatorum, & quantitatem oblatum, elapſoq. termino iudici bene uiſo, ſeu etiam ipſi diſcreto nuntio, nuntius ipſe referre conſueuit notario quid ſibi fuerit oblatum, pro quo pignore, & a quo, qua relatione facta, citari conſueuit reus, ad uidendum deliberari pignora plus offerenti, quo exiſtente cõtumace, iudex conſueuit illa deliberare, niſi infra decẽ, debitor pignora relueri, ſicq. a maioribus, diebus his noſtris ſeruatũ accepi & ſeruari uidi, licet ut prædixi uerba ſtatutorum contradicere uideantur.

De aliquibus quæ hic cadere poſſent quæſtionibus uiſum eſt dicere in caſu ſequenti.

27 Sed ſi immobilia ſint in quibus executio fieri debet, tunc diligenter attende cauſarum patrone, ad formam a ſtatuto dicto li. 1. cap. 79. traditam, quoniam ſcire debes quod eſt ad unguem cum ſuis temporibus ſeruanda,

da, alioqui processus remanebit irritus, ut dicit Bald. l. ordo nu. 8. uers. notandum quod si statuta. C. de exec. rei iud. per cuius doctri. uidi subhastationē uineæ notabilis ualoris reuocari, & Bal. sequitur Fabian. in d. tracta. de emptio. et uendi. in 5. part. princ. uer. insu per nota. n. 88.

28 In primis igitur ponendus est creditor siue illius legitimus procurator, per executo rem siue etiam per Mandatarium Curiæ in possessionem rei immobilis qua assecuta, debet silere per triginta dies continuos.

Et isti triginta dies sunt subrogati secundum Ale. l. a diuo pio § in uenditione nu. 10. in locum quadrimestris quod dabatur iudicatis. l. infra dies. ff. de re iudi. l. 1. et 2. C. de usur. rei iudi. uel etiam in locum duorū mensium de quibus. l. debitoribus. ff. de re iud.

29 Secūdo elapsis diebus triginta debent citari personæ quæ ex hoc negocio ledi possent, ad uidendum adiudicari instanti bona in cuius possessione instās ipse immissus fuit, pro quantitate in sententia contenta, iuxta formam statutorum sicq. Iudex pronunciabit & adiudicabit.

30 Tertio debet citari reus ad uidendum eligi peritos pro æstimandis bonis, in quorum possessione instans immissus fuit, & quæ ipsi instanti adiudicata fuerunt, iuxta formam

 statuto-

ſtatutorum, quos iudex ipſe eliget quod intelligo ſi partes in eligendo uel contumaces uel diſcordes fuerint, qui periti infra quindecim dies cõtinuos, bona æſtimare debẽt, parte legitime uocata ad diẽ & locum æſtimationis fiendæ, quia cognitio etiam extra
31 iudicialis ſine partium præſentia haberi non poteſt.l.fi.C ſi per uim uel alio modo Bard.l. qui bona.§.fi.ff.de damn.infect. Fel.c.ueniẽs in fi.uerſ. 4.inquantum de teſti.et eſt magis commu. Soci.l.ſi quis arbitratu nu.30.ff.de uerb.oblig.Cagn.l.2.nu.260.uerſ.2.C.de reſcin.uendi.& in actis æſtimationem, per eos factam referre, in qua etiam ralatione erit pars citanda, ad deponendum ſalarium peritorum, ad æſtimandum electorum, alias uidendum deponi animo repetendi, & ad uidendum fieri relationem, & admitti, quæ relatio ut plurimum conſueuit dari per peritos in ſcriptis, & aliquando clauſa & ſigillata, cum proteſtatione quod nõ aperiatur niſi eis ſatisfacta mercede.
32 Hic ut uides æſtimatio ſubhaſtationẽ præcedere debet, quod etiam iure cõmuni cautum eſt.l.ſi quos.C de reſcin.uend.qui tex.licet loquatur in ſubhaſtationibus fiendis pro publicis debitis, contra priuatos, tamen locum habere debet multo magis in priuatis, ad inſtatiam priuati, præſertim ex generali
ratione

5 ratione posita in textu ibi, ne plus ex gratia emptor &c. Item & quia ita demum deuenitur ad dationem insolutum, si uel iustus emptor siue nullus omnino reperiatur. l. secunda. C. si in cau. iudi. pignus & infra latius prosequar non igitur scire possumus utrum licitator iustum pretium obtulerit & sic utrũ dationi insolutum locus sit, si æstimatio rei subhastandæ facta non sit.

33 Quarto fit proclama per præconem, de mandato iudicis in scriptis habito, in foro hora iuridica, & plateis Vrbis, cuius libet formam ascribere.

34 De mandato & commissione dello Eccellente Iurisconsulto Triboniano del'Alma Citta di Roma Senatore Illustre, & a petitione & instantia del Magnifico Marcello Mauro per lo presente si commette a te Parmenone publico banditore che uista la presente bandischi per Roma nelli luochi soliti & consueti di essa & spetialmente ne la Corte di Campidoglio, essendo la publica audientia, se alcuna persona di qual si uoglia stato grado & conditione si sia, uolesse comperare un Casale chiamato Tusculo, posto ne le parti del Latio uicino le robbe da una banda di Sempronio Attalo, et dal'altra di Quinto Cicerone, qual spettaua a Lutio Sceuola, & al presente per uirtu del'inuestiméto

per noi concesso si ritiene dal detto instante, uenga & comparisca dauanti il detto Illustre Senatore sedente nel suo solito & iuridico Tribunale, fra termine di otto giorni, ad offerire sopra detto Casale, & quella offerta nelli atti publici di Licinio Notario di detta causa far scriuere, & che passato detto termine detto Casale se deliberara al piu offerente, secondo la forma delli statuti di Roma; & sara il comperatore mantenuto nella pacifica possessione di esso, Et hoc quia seruatis seruandis pro ut in actis Notarii præfati &c. Ideo &c. Datum Romæ iu Curia Capitolii die.

35 Terminus ad offerendum datur dierum octo ut uides, de quo termino in statuto nihil dicitur Bar.l.licitatio n.3.ff.de publ.et.l. si tempora in princ.C.de fid.instr.et iure astefisca .lib.10.et Bald.l.ordo nu.7.uers. quæro istud diu.C.de execu.rei iudi.quod iste terminus est arbitrarius, & potest minui & augeri iudicis arbitrio & Bart.in forma quam tradit.d.l.licitatio, octo dierum meminit.

36 Sed quamuis hæc uera sint in maioribus, tamen si res minorum subhastentur, non poterit apponi minor terminus quam dierum uiginti, aut.hoc ius porrectum.C.de sacrosan.eccle.ita notabiliter concludit Bart.per illum tex.quem locum habere iu rebus mino

rum

rum & rei publicæ tenet, d.l.licitatio & d.l. ſi tempora & Bart.opi.communiter tenetur ut dicit Fabian.de monte in d.tracta.de emptio.et uendi.in 4.part. princ. nu.83.et per hæc cum diceretur de nullitate ſubhaſtationis cuiuſdam caſalis quorundam minorum, quia terminus dierum octo in Præconio fuerat appoſitus, iterum Præconizari feci cum termino dierum uiginti, præuio decreto iudicis, per quod fuit mandatum iterum
37 ſubhaſtari caſale, tanquam nulliter ſubhaſtatum, ex regula quod actus nullus non impedit quo minus poſsit fieri ualidus.l.non putauit.§.nō quæuis.ff.de contratab. Bart.aut.at qui ſemel co.5.et fi.C.de prob.Canon.late.c. in litteris extra de off.dele.ſicq.iterum ſubhaſtatione facta denuo licitatores admiſſi fuerunt.

38 Hoc unum admoneo, quod ſi res minoris aut eius qui æquale priuilegium habet, fuiſſet ſubhaſtata, & terminus lapſus ad licitandum, ſi ex eo lapſu minor læſus eſſet, reſtitueretur, & iterū ſubhaſtari poſſet, Bar.d.l. tempora nu.7.per.l.etſi fine.§.quæſitum.ff.de min.ſequitur Fabian.ubi ſupra nu.87.

39 Sed quid ſi in termino per iudicem in edicto appoſito & Præconizato, nullus ad licitandum compareat, utrum poſsit aliud, & ſic ſecundum Præconium, poſtulante creditore

emicti? & posse dicit Bar.d.l.si tēpora n.5.C. de fid.instr.et iure aste fisca.licet secus esset quando in primo termino aliquis comparuisset, quia tunc ex uerbis in edicto appositis, ibi quibus elapsis plus offerenti delibe-rabitur, ius est oblatori quæsitum Bart d.l.si tempora n.4.et propterea nō debet in eius præiudicium alius admitti. sed de hoc infra uidendum est, quid enim si hic unicus licitator, minimum pretium offerret? an ex hoc quia solus, rem magni pretii occupabit? ceterum opin. Bar.de iterum subhastando,quā do nullus obtulit, uereor ne non uera sit, in casu statuti nostri, in quo dicitur & banno unico præcedente &c.igitur si reus opponat cuius interesset potius creditori insolutum dari, ut infra dicam, putarem non esse a forma recedendum,per ea quæ dixi supra uersi. sed si immobilia.

40 Illud compertum est, quod secundo plus licitante, primus a sua oblatione per quam se obligauerat,ex sententia Bar d.l.licitatio nu.4.et d.l.si tempora n.3.est liberatus, ut dicit Bart.ibi, sed quid si ultimns licitator uel soluendo non sit, uel aufugiat,utrum penultimus qui ex hac ultima oblatione liberatus fuerat, iterum in obligationis uinculum redeat? & Bart.tenuit d.l.licitatio in princ.penultimum obligatum remanere., per l.Sabinus

binus cum l. sequen. ff. de in diem adiectio. & pro hac parte consuluit Bald. in casu contingente in Ciuitate Cremonæ, ut refert Fabian. de monte de emptio. et nendit. in quinta part. princ. uers. de forma autem, n. 83. qui opin. Bart. pluribus mediis comprobare nititur idem uero Bald. ut refert Cremens. sing. 40. tu scis quod forma, cōsuluit contrarium in consilio Perusino, scilicet penultimum liberatum esse, quem sequitur Cassane. in consuet. in tit. de recenses uendues a recathes. §. 2. n. 22. mihi si calculum afferre liceret uerior uideretur opinio. Bar. tum per d. l. Sabinus, cum etiam ex rationibus per Fabianum adductis ex ea præsertim, quia esset aperta uia licitanti, ut si peniteret obtulisse alium non idoneū supponeret, & sic ipse liberaretur, & res remaneret inempta, quod esse nō debet. l. cum ii. §. si cum lis. ff. de transac. cum concor. ibi per glo.

42 Scias etiam quod si quis offeret non ut ipse emeret, sed suppositus, ad effectum ut alium ad carius offerendum induceret, puniri posset crimi. stellionatus ita Rom. sing. 567 offerens, quem sequitur Fabian. de monte d. tracta. de emptio. in quinta part. princ. n. 89.

43 Quo in loco ipse Fabia. dicit unum quod non putaui prætermittēdum, quod si plures succesiue idem pretium offerant, primus

præferri debet, sed si omnes eodem tempo ris momento concurrant, aut fiet inter eos diuisio, aut grauificationi locus erit, quæ sunt notanda.

44 Et hoc etiam aliud non omittendum est, quod si is qui exclusus est a secundo oblatore, uelit iterum offerre, & secundum superare, si in termino est, admitti debet, Bart. post glo. d. l. si tempora nu. 9. Fabia. ubi supra uers. de forma, n. 92.

45 Ipse quoq. creditor ad licitandum admitti debet. l. 2. ubi Sal. C. si in ca. iud. pig. Bal. d. l. ordo in princ. C. de execu. rei iudi. glo. l. a diuo. §. si pignora quam ibi sequitur Bar. et Ale. nu. 11. ff. de re iudi.

46 Sed quid si res fuerit per peritos æstimata mille & fuerint a licitatoribus oblata quingēta, numquid ex eo quia iudex in Præconio obtulit plus offerenti daturum, huic licitatori dari debeat? & magis puto non debere, nam emptorem nō reperiri, & indigne licitantem reperiri a. l. æquiparantur. l. 2. C. si in caus. iudi. pign. et ibi Bald. et Sali. l. 1 illo eo. tit. Iacob. Butr. l. ordo. C. d exec. rei iudi. glo. d. l. a diuo. §. si pignora in uerb. non inueniant. & ibi Ale. nu. 6. Afflic. deci. 358. in causa inter nobilem nu. 6. eo igitur casu creditori dabitur in solutum, ut infra dicam.

47 Sed stat difficultas, quod dicatur iustum pretium

pretium eſſe, de quo late differũt doct. l. 2. C. de reſcin. uend. Tiraqu. in tracta. de retraict. lignagier. §. 1. in glo. 18. in princ. poſt multos, tenet iuſtum pretium eſſe quanti res uendi poſſet in loco publico. Ego in terminis, in quibus loquimur cum eſſem in ciuitate Neapolis, audiui ſæpe uirum doctiſsimum Ioannem Martialem, tunc conſilii Neapolitani 8
Regentem, dicentem iuſtum pretium appellari ſi uerus rei ualor in ſexta parte non læditur, ex ſententia Bar. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ uerſ. quæro quæ dicatur parua n. 25. ff. pro ſocio, ubi inquit ipſe Bart. quod in taxatione pretii facta ab alio quam a domino, læſio ultra ſextam partem reſciſsionem petat, & hoc idem uoluit Gemi. conſ. quarto inter conſilia Calderini titu. de arbitris. ſtatutum uero noſtrum, ut Paulo inferius deducam, uidetur de tertia parte ueri ualoris, ſiue æſtimationis factæ a peritis conſideraſſe. nam quando dat creditori inſolutum, ut infra dicam, dat cum augumento tertiæ partis, ut ſi creditum ſit tricentorum extinguatur cum 9
re ualoris quadringentorum, iuſtum igitur oblatorẽ eum crederẽ in terminis ſtatuti noſtri qui tres partes ex quatuor æſtimationis offerret nam debitor ex re proportionabiliter ad debitum, niſi reluerit, tantum omnino eſt conſecuturus, me tamen tum in hoc

cum

cum etiam in ceteris omniũ iudicio melius sentientium remitto.

Verba igitur statuti de quo loquimur, ibi si aliquis apparuerit emptor, dentur & uendantur per iudicem plus offerenti, declarata remanent ex præmissis si is oblator iniustus non sit.

48 Quinto igitur loco si oblator iustus apparuerit, citabitur reus, ad uidendum deliberari bona subhastata, Sempronio plus offerenti, iuxta formam statutorum, nec non uidendum fieri instrumentum uenditionis eorundem bonorum, eidem Sempronio, & pretium pro concurrenti quantitate crediti infrascripti instantis, ipso instanti solui, & residuum (si plus erit) deponi pænes acta Notarii, & decerni mandatum de immittendo in possessionem dictum Sempronium oblatorem iuxta formam iuris & statutorum ad pr. di. Qua citatione executa præuio iudicis decreto omnia implebuntur prout in citatione continentur.

49 Mandat statutum de quo loquimur, ut debitor & illius bona perinde de euictione & defensione rei subhastatæ teneãtur, ac si ipse debitor uendidisset, quod & in sequenti casu dationis insolutum procedit, quod quidem circumscripto statuto, iure communi uerum est. l. si ob causam. C. de euicti. l. si plus, uers.

uers et si iussu.eo.titu.quo in loco tex.declarat debitorem euictione secuta non ad duplum, sed tantum ad pretium & usuras teneri, de quo per Ale.d.l.a diuo.§.si post, ad dictum nu.7.ff.de re iudi.

50 Sed si aut nullus emptor aut iniustus apparebit quod idem est ut prædixi, tunc secreto loco ad dationē insolutū deueniendum erit, ex eodem de quo loquimur statuto, & licet hoc casu multæ quidem & notabiles quæstiones tractentur a doct.l.a diuo.§.si pignora.ff. de re iudi.unde statutum nostrum sumptum esse uidetur, & per Bald.et alios.l.ordo.C.de execu.rei iudi.tamen statutum nostrum clare aperit, dationem insolutum esse faciendam pro quantitate debiti, & tertia parte pluri, ita ut si res sit ualoris mille creditum sit trecētorum assignabitur creditori tanta pars rei subhastatæ, quæ ascendat ad quantitatem quadringētorum (trecenta enim extenuant debitum, & centum cedunt in augumentum) per quam dationem insolutū uult statutum quod ipse creditor efficiatur dominus, & uendat cui uult, debitor tamen poterit bona infra sex menses a die dictæ dationis insolutum numerandos reluere, soluendo quantitatem debitam, non dico augumētum, ut aliqui intelligere conati sunt, contra aperta uerba statuti, ibi soluendo quan-

titatem

titatem ueram pro qua fuit facta missio & executio.

51 Hoc igitur casu citabitur, reus ad uidendum infrascripto instanti dari insolutum bona, super quibus executio facta fuit, pro concurrenti quantitate & augumēto tertiæ partis pluris, iuxta formam statutorum & iudex interloquendo assignabit creditori tantum de bonis subhastatis quod ascendat ad quantitatem creditori debitam & tertiam partē ultra iuxta formam statutorum.

52 Sed numquid ab hoc secundo decreto dationis iusolutum liceat appellare? & quidem tot uidētur esse opiniones quot capita, Ale. tamen l. si finita. §. Iulianns n. 20. ff. de danno infe. post relatas multorum opi. dicit magis communem, non posse, præsertim in casu nostro, in quo præcedit sententia diffiniua, de mente Sali. aut. ei qui in penul. quæ. C. de bo. aucto. iud. possi. & hanc credo uerissimam & propterea statuētes indulserunt semestre spatium ad reluendum.

53 Augumentum hoc tertiæ partis quod a statuto datur, non est iure communi incognitum; auct. hoc ius porrectum. C. de sacr. san. eccle. ubi glo. in uerb. decima; licet ibi augeatur decima rei, hic tertia crediti, & hoc quidem rationabile est, cum inuitus creditorrem pro pecunia accipere cogatur, contra

tra iuris regulas, ut ibi glo. aduertit.

54 In hoc semestri computando, mensis triginta dierum singuli, erunt computandi, ut dixi supra de fatalibus, audiui tamen Reuerendiss. D. Iacobū Cardinalem de puteo tūc Rotæ Auditorem, (in una Cardellana bonorum, in qua d. Iulia de marganis triduo post lapsum termini sex mensium, de quibus loquimur ut prædixi computatum, depositum fecerat) dicentem, Rotam sensisse, quod si terminus non fuisset lapsus nisi per unū tantum diem, quod debitor deberet audiri ex benignitate. l. ubi lex. ff. de reg. iur. sed quia triduū intercesserat ipsa fuit exclusa de cuius diei computatione per Tiraquel. de retraic. lignagier. §. 1. in glo. xi. nu. 18.

55 Quamuis creditor ex hac datione in solutum efficiatur Dominus, & regula sit quod singularis successor non teneatur stare colono. l. emptorem. C. loca. cum concor. tamen hic creditor non poterit inquilinū aut colonum expellere, nisi fraus debitoris conuinceretur, ut si locasset modico pretio, immi nente iam sententia uel datione insolutū, ut dicit Tiraquel. de retraict. conuention. §. 3. n. 17. & 18. post Bald. Alexā. Ias. & alios de quibus ibi per eum.

56 Vnum etiam admoneo de mente eiusdem Andreæ Tiraquelli quod hæc nō est proprie

datio insolutum, neq. compræhēderetur sub statutis loquentibus de datione insolutum, cum hæc dicatur addictio pignoris, ut ipse late prosequitur, in titu. de retraict. lignagier. §. 1. in glo. 14. n. 8.
57 Ceterum si nec mobilia nec immobilia reperiantur, nec debitor ipse capi possit, nomina debitorum pignori capienda erunt, ad quæ tandem in subsidium non existentibus aliis in casu de quo loquimur deueniendum erit, nam hoc casu neque statutum prouidet neque consuetudo aliquid dictat, ut apparet ex forma mandati supra annotata, igitur ius commune seruandum erit, quo iure ita demum ad nomen deuenitur, si facta excussione per nuntium aut executorem neq. mobilia neque immobilia reperiantur, in quibus executio fieri possit, Bart. l. 2. C. quan. fi. uel priua. in secunda lectura in princ. et ibi Bald. in princ. et n. 1. et ibi etiam Sal. in princ. nu. 5. qui expresse tenet excussionem mobilium & immobilium præcedere debere, & hoc ui dentur præsupponere omnes docto. d. l. a diuo. §. sic quoq ff. de re iudi.
58 De huius excussionis forma uidebis per Bald. d. l. 2. nu. 9. et per Sali. ibi col. fi. uers. hoc attende.
Hoc igitur casu quo ad nomen deueniendum erit uocabitur nomen idest debitor debitoris

bitoris in iudicio, ibiq.per iudicem interrogabitur, si debitor sit condemnati, qui si confitebitur, tunc iudex iubebit illud nomen pignori pænes creditorem esse, ita dicit glo.l. pri.C.de preto.pign.quam ibi Bal.approbat & sequuntur Bart.et idem Bald.ac Sali.l.2.C. quan.fis.uel priu.omnes sub n.4.et Ale.d.l.a diuo.§.sicquoq.nu.12.et ibi Ias.uers.capio, glo.ff.de re iudi.et est communis, ut dicit Ias. ibi.

Forma autem procedendi iudicio meo hæc erit, citabitur debitor debitoris ad uidendum productionem præparatoriorum & respondendũ illis sub grauaminis cõminatione in quibus interrogabitur nomen si sit debitor illius condemnati, & pro qua quantitate, eoq.contumace existente, procedetur ad grauamen, ut tedio affectus ueniat ad respondendum, & hanc praxim sumo ex dictis Bald.d.l.2.col.pe.n.10.uers.quæro quid igitur si uenit aduersarius.C.quan.fis.uel priua. ubi dicit quod debitor debitoris non erit audiendus si petat sibi dari libellũ super hac materia, quia quando præparatorium ordinatur etiam ad iudicium, in quo libellus requiritur, non datur in præparatorio libellus sicque hanc interrogationem in modum præparatorii faciendam esse sentire uidetur.

Credo etiam quod poterit moneri iste de-

bitor,quatenus infra triduũ debeat in actis declarasse, si sit debitor illius condemnati sub certa pœna, quo existẽte cõtumace procedetur ad pœnam,& executionem captis pignoribus,ut fit in ceteris casibus in quibus moniti contumaces existunt.

Si igitur confitebitur se debitorem, tunc quia confessus pro iudicato habetur.l.1.ff.de confess.cum concor.fiat per iudicem præceptum de soluendo,ad instar mandati de parendo,& eo cessante ad executionem ut supra dixi deuenietur.

Sed si neget se debitorem,tunc maior est quæstio,de qua per docto.d.l.2.C.quand.fis. uel priu.et d.l.a diuo.§.sic quoq.ff.de re iud. ubi est tex.nota.ex quibus in effectu colligitur regula, quod si debitor negat,executio fieri non potest, Quæ regula de mente Ale. d.§.sic quoq.n.2.et 3.post relatos per ipsum qui late differit,limitatur primo non procedere,si constet aperte,puta per publicum instrumentum, de debito negantis, quia tunc nõ obstante negatione ut pote manifeste calumniosa,procedetur ad executionem,idest præceptum de soluendo,& demum ad relaxationem mandati & executionem ut dixi, secundo limitatur quando incontinenti posset doceri de calumnia & debito, quia res non requireret altiorem indaginem,doct.n.

de præ-

de præmiſsis, executio fiet ut ſupra. tertio quãdo debitor eſſet annuæ præſtationis, in cuius quaſi poſſeſsione exigendi condemnatus reperiretur, quia tunc etiam executio non impediretur.

At ſi probatio aſtiorem indaginem requireret, tunc abſente condemnato (nam ſi debitor condemnatus præſens eſſet facta per eum ceſsione res de facili eſſet expedita ut dicit Sali.d.l.2.nu 4. (abſente inquam condemato, deputabitur curator bonis abſentis, qui poterit etiã eſſe ipſe idem creditor ut dicit Bald.d.l.2.n.3.uerſ.ſecundo quæro, & ibi Sali col.2.uerſ.quæro igitur quid ſi de malitia, qui curator dato libello & lite conteſtata (uel alias, dico ego in terminis ſtatuti noſtri ſecundum naturam cauſarum procedendo) iſtum debitorem conuincet & demum ad executionem ut infra procedet, ita Bart.et Bald.d.l.2.C.quan.fiſ.ille in princ. hic n.3.Alex.d §.ſic quoq.n.5.et rurſus n.10. & ibi Ias.n.3.

59 Et hæc quando nomen non erat obligatum ipſi creditori ceterum quando & nomẽ debitoris erat uictori ſeu creditori obligatum, ſiue in genere ſiue in ſpetie, alia eſt materia de qua per Sali.d.l.2.et per Ale d §.ſic quoq.cum aliis locis per eum adductis, ibi uidebis de quo etiam per Staph.de litt.iuſti.

fol.150. secundum primam impræsionem, uerſ.conſtat autem, qui loquitur circumſcri ptis ſtatutis.

De executione rei iudicatæ in executiuis Cap. III.

Executio rei iudicatæ, in executiuis inſtrumentorum & apocarum, fit ut hic n. 1
Executio iudicati dotalium inſtrumentorum, datur in mobilibus & immobilibus & contra nomina debitorum ut actor eligit citra perſonalem n. 2
Mobilia in cauſa dotis ſubhaſtantur ut hic n. 3
Alimentorum rei iudicatæ executio, nō ſolum realiter ſed & perſonaliter fieri poteſt n. 4
Taſtamentorum executio iudicati, etiam perſonalis fieri poteſt niſi heres inuentario iuuetur n. 5

1 HAEc de executione fienda in cauſis ordinariis. Ceterum ſi tractetur de executione inſtrumētorum ſiue apocarum uulgarium cauſarum, tunc ſi ſententia confirmata ſit quia in prima ſentētia mādatum executiuum relaxatnm erit, ut dixi in prima inſtantia, iudex confirmans mandatum prædictum relaxabit & cum eo executio fiet, tam realis quam perſonalis, & in bonis mobilibus, & immobilibus, ad electionem creditoris,

creditoris,& electio unius uiæ non præiudicabit aliæ,ut dicit statutum lib. 1.c.75.si uero non fuerit appellatum,elapso termino ad appellandum, habebitur mandatum a iudice qui illud decreuit siue relaxauit, & fiet executio ut proxime dixi. sed si fuerit appellatum & appellatio deseratur aliquo casu, ut dixi supra de appellatione in executionis,tunc habita fide iudicis, ad quem, & ea producta, coram iudice a quo, mandatum in prima sententia decretum relaxabitur, & ad executionem ut dixi procedetur.

Vtrum autem hæres debitoris capi possit, dicam infra hoc eo tit.uers.testamētorum.

Et idem modus & forma seruabitur si sit petita apocæ priuatæ executio, eodem lib. 1.cap.76.

2 Hæc eadem seruanda erunt in executione dotalium instrumentorum, & fieri poterit executio in mobilibus, immobilibus & nominibus debitorum, (nam & de nominibus hoc in loco statutum disposuit)pro ut actor elegerit, excepta personali executione, ut dicit stat.lib.1.c.79.aliquas autem quæstiones,quo ad electionem bonorum per tertiū possessorem occupatorū,annotaui supra tit. de execu.instr.dotalium.

3 Creditor tamen hoc casu si eligit mobilia duriorem habebit causam,quam alii creditores,

tores,nam alii creditores ut dixi supra uers. si igitur mobilia,habent statutum ut abbreuiatis iuris terminis, ad subhastationem deueniatur,quod statutum ut dixi est li.4.c.24. quod ab usu recipit interpretationem, quã dixi supra dicto uers.si igitur,ast in dote, suo spetiali statuto, quod immutatum nõ est, cauetur ut mulier teneat immobilia & sic sileat per quindecim dies,deinde prosequitur ad adiudicationem, æstimationem, subhastationem,& dationem insolutum promiscue tam respectu mobilium quã immobilium,adeoquod ex eo statuto quod immutatũ non est eadem forma respectu mobiliũ, seruãda est, quã de immobilibus supra tradidi, duriorq. in hoc est causa dotalis quam causæ ceteræ, quæ omni priuilegio carent, quod quamuis durum uideatur ita tamen scriptum est.

4 Pro alimentis tamen etiam personalis cõceditur,lib.1.c.78.et iure optimo,quia uenter dilationem non patitur.l.fi.C.de alimen. pupillo præsta.cum & illa denegare sit necare.l.necare.ff.de liberis agno.

5 Testamentorum quoq.executio si sit petita,hæc eadem attendenda erunt , in quibus etiam personalis executio fieri poterit,ut dicit statutum lib.1.c.81.nisi hic hæres contra quem executio petitur, beneficio inuẽtarii iuuetur, ut dicit Alexand.post Imol.l.postu

lante

lante in pr.col 3.uerſ.item inquantum dixit hic Imo.ff.ad Trebelli.de qua re.s.de executio.teſta.uerſ.elapſis.

De executione rei iudic. in ſummariis Cap. IIII.

Executio rei iudicatæ in ſummarijs fit iuris ordine ſeruato ut ſcilicet primo capiantur mobilia, Secundo immobilia tertio perſona, Quarto nomina debitorum, nec in hoc ordo peruerti poteſt quia limitatum datur mandatum n.1.et 2.

1 SVmmariarũ cauſarum executionis alius ſanæ modus eſt, nam in hoc nihil quod uiderim per ſtatutum diſponitur, & ideo ſiue iudex primus ſiue iudex appellationum exequatur, debebit iuris formã in executione ſeruari, quæ eſt (ut ſupra pluries dixi) ut primo capiantur mobilia & ſi illa non ſint, immobilia, deinde perſona & demum nomina debitorũ ut dixi ſupra hoc eodem lib.uerſ.iuris ordo eſt, & ita ſeruat curiæ ſtilus nam ut dixi ſupra ſuo titulo uer. ſi nec ad ſecundam, loco ſententiæ in iſtis per iudices mandata executiua relaxantur, quæ uel poſtquam ſunt confirmata, uel non ſunt ſuſpenſa, executioni demandãtur, iuris

ordine ſeruato ut dicit Bart.in extrauag ad reprimen.in uerb.executionem in ſi dum loquitut de executione in ſummariis & allegat.l.a diuo.§.in uenditione,ubi eſt iuris ordo expreſſus ff.de re iudi.et ita uſu receptũ eſt nam poſtquam ſunt tradita mandata executori,ſi is faciat fidem mobilia non reperiri quod fieri conſueuit a tergo cedulæ mandati,tunc ex iudicis commiſsione notarius annotat in calce eiuſdem mandati, quod d. Iudex attenta fide mandat exequi in immobilibus,ſi ſumma in mandato contẽta & perſonæ qualitas patiantur nam ſi eſſet modica ſumma,& perſona uilis,tunc quia immobilia inciuiliter, & maxima cum iactura cape- 1
rentur ex glo.l. ab executore.C. quomo. & quand iudi.annotatur quod capiatur debitor,quod & fieri conſueuit omni caſu, quando executor atteſtatur neq.mobilia neque immobilia reperi iſſe,& hæc eſt excuſsio, de qua loquuntur docto.d.l.a diuo.§.in uenditione,& ibi Bar.n.7.quem ibi ſequuntur ceteri.ff.de re. iud.per Bald.et Sal.l.2.C.quan. fiſ.nel priua.ille n.9.iſte col.fi.uerſ. hoc attende.

In quibus autem executio fieri non poſsit dixi ſupra de executione in ordinariis hic non repeto.

9 Nec eſt dubitandum quod executio hoc

caſu

casu præposteraretur, ideſt quod relictis mobilibus, deueniatur per executorē ante factam excusſionem ad immobilia, uel ad perſonam, quia in mandatis executori datur ut auferat de bonis, igitur non poterit in poſſeſsionem immittere, neq. perſonam capere & ſi adeo ſupinus eſſet executor, quod ordinem peruerteret tunc reuocari per iudicem omnino deberet, quia eſt cōtra formā mandati, d.l. diligenter. ff. mandati ac etiam liceret ab hoc tanqnam exceſſu, appellare per ea quæ notant doct. l. ab executore. ff. de appellatio. et l. ab executione. C. quorum appell. non recipi Nec hoc caſu obſtaret ſtatutum quod prohibet ab executionibus facti & capturis perſonalibus appellari, quod eſt lib. 1. c. 166 quia ſtatutum illud non loquitur ſi ab exceſſu appelletur, ſed ſi ſimpliciter appelletur, inter quæ longa eſt differētia ut ex infra dicēdis in appellatione a taxatione expenſarum apparebit

LIBER NONVS.

De expensis litium.

1 Sequens tractatus est expensarum in lite factarum quæ triplici modo deberi & exigi poterunt a uicto aut.n. debebuntur iure actionis, aut officio iudicis rem iudicatã exequentis si earum est in sententia condemnatio facta aut conditione ex statuto nostro, si sit in sententia condemnatio omissa.

2 Si igitur ut ad primum redeam in instrumẽto uel obligatiõe ex qua succubuit reus, sint in stipulationem expẽsæ deductæ, quod plerumque fit, quia reus debendi promittit certo tempore aut loco soluere, alias uult teneri ad expẽsas, & dãna, & tunc licet in sententia nihil sit dictum de expensis, adhuc

peti

peti poterunt iure actionis,glo.est reputata fin.in.ʃ.oportet,in fi.gl. magnæ & ibi Ang. autenti.iudicibus Sali.l. properandum.§.fin autem alterutra nu.37.C.de iudic et ibi Ale. post Bald.Butr.et alios ubi per eum,nu.2.et seq.Ang.§.hæc autem omnia insti.de pœna. teme.liti.Ias.d.§.fin autem nu.3.uersi.istam primam,ubi etiam nu 4 ampliat, & probat procedere omni casu, quo debentur iure actionis,& utrumque ibi tenuit Iacobi & sequitur Hip.l.patre uel marito, n.25 et 27.ff. de quæstio.per Papien.de for.actionis realis uers.et expensis n.9.

3 Nec hoc casu iusta causa litigandi prodesset ad condemnationem & solutionem effugiēdā,ut late prosequitur Ias.ubi supra n.3.

4 Et hæc procedunt & est tertia ampliatio etiam si in instrumento non essent expresse promissæ expēsæ sed tātum damna & interesse, quia ex communi stilo Notariorum,ut dicit Ale.in illis uerbis,dāna & interesse,intelliguntur etiam expensæ,Ale.con.34.in fi. uol.3.licet non ex contrario,quia appellatione expensarum, non ueniunt dāna & interesse, ut dicit Bal.l.terminato n.19.C.de fructi.et litium expen.

5 Quarto ampliatur regula ut procedat & expensæ quæ iure actionis debentur, peti possint per actorem, non solū quādo iudex omisit

omisit condemnationem, sed etiam quando expresse absoluit reum ab expensis, quia nõ intelligitur illum absoluisse ab istis, quæ debentur iure actionis, sed tãtum ab illis quæ debentur officio iudicis mercennario, Sali.d.§ sin autem alterutra, n.37. Ale.ibi nu.6. & Ias.n.4.

6 Limita primo hanc quartam ampliationẽ ut procedat quando promissio esset facta uoluntarie, secus quãdo cohacte & in iudicio, ut dicunt Ale. et Ias. ubi supra qui ponunt exemplum in aut.generaliter.l.1.C.de epis. & cle.quando actor cogitur satisdare de litẽ prosequẽdo, ex quorum ratione ego amplio hanc limitationem ad cautiones iudiciarias quas præstare coguntur suspecti de fuga, & alii qui necessario in iudicio promittere coguntur, ut si absoluantur ab expensis, ex eorum tali promisione, amplius pro illis conueniri non posint, licet illæ ex stipulatu debeantur.

7 Secundo limita dictam quartam ampliationem quando expensæ quæ iure actionis debentur, fuissent insimul cum principali debito petitæ, ut promissæ & debitæ iure actionis, quia si talis petitio præcessisset, & iudex absoluisset reum ab expensis, & non fuisset a tali absolutione, per actorem appellatũ, non possent ulterius iure actionis peti. ita Alex. & Ias.

& Ias.d.§.fin autem alterutra, ille n.6. hic n.4 uerſ.ſed fortius quia ſententia eo caſu refer tur ad libellum, quo ut dixi ſunt petitæ iure actionis, & propterea exceptio rei iudicatæ obſtaret petenti, ſecus autem quando hoc caſu, iudex condemnationem expenſarum omiſiſſet, quia tunc adhuc peti poſſent quia ſunt ut duo ſolida ſiue integralia in iudicio deducta, in quibus omiſsio condemnationis unius alterum non uitiat ita notabi. Bald.l. terminato col.3.uerſic.nam ſi quidem.C.de fructi.et litium expenſ.quod arbitror ualde notandum.

8 His conſequenter ſi quis ſortem ſibi debi tam receperit & de ea aduerſario quietantiam fecerit, ſi non adeo ſit generalis quod etiam expenſas complectatur adhuc expenſæ peti poterunt quia æque principaliter & iure actionis debentur expenſæ, ut patet ex ſupra proxime relatis quod ſecus eſſet ſi offi cio iudicis mercennario deberentur quoniã ſublato principali (intelligo iure cõmuni & quãdo cõdemnatio facta non eſſet) expenſæ nõ remanerent.l. terminato ubi Odofre.et Cyn.in ſecũda oppo.C. de fruct.et liti.expẽſ. l.centũ capuæ et.l fina.ff de eo quod cert.lo co ubi Bart.Bal.poſt Petrum de Beſ.l.fi.§.præ terea col.2.uerſ.ibi etiã.C.de iur.dot.& cũ hac Guido Papæ deci.55.licet referat parla

mentum

mentum cótra tenuiſſe & hanc ſequitur additio ad dic.deciſi.Guido.ſublato enim principali acceſſorium non remanet.l.cum principalis.ff.de reg. iur.c.acceſſorium extra eo. tit.lib.6.

9 Qui igitur ſecundum prædicta repetere uoluerit expenſas,iure actionis debitas,aut procedet ſummariæ ſi ſumma patietur, aut ordinariæ,ſi ſumma ſit maior,& in terminis probatoriis ſuam intentionem liquidabit, iuxta ſuperius ſuo loco tradita,aut ſi debeãtur in inſtrumẽto habente executionem paratam, uia executiua illas reperet & infra terminum probatorium illas liquidabit ut de exec.inſtr.ſupra dixi.

10 Et hæc petitio omnino coram ordinario fienda erit.

10 Sed ſi in ſententia fuerit facta expenſarum condemnatio,& erit ſecundus caſus principalis tunc in primis ſciẽdum eſt, quod ſi ſententia tranſiuit in rem iudicatam,uel per cõfirmationem Iudicis ad quem,uel per tacitũ ſiue expreſſum conſenſum partis,quod tunc non poterit condemnatus, ulterius a condemnatione appellare, licet a taxatione ſi modus excedatur appellare poſſet ita Bald. d.l.terminato.C.de fructi.ut litium expenſ. col.4.uerſ.pone quod uictus Ang.d § hæc autem omnia n.16.in fi.de pe.tem.liti qui dicit

tempora computari a die taxationis Philip. Franc.c.sæpe contingit col.16.uerſ. decimo quæritur & ibi Alexan.col.15.uerſ.ſed quid ſi pronunciauit,extra de appellati.et hoc eſt planum quia & ipſa condemnatio abiit in iudicatum.

11 Eo igitur caſu,quo earum in ſententia eſt condemnatio facta, expenſæ recuperabuntur officio iudicis,rem iudicatam exequentis,Abb.c.1.nu.26.de ſequeſtra.poſſ.et fruc. Philipp.Fran.d.c.ſæpe contingit, in fi.uerb. extra de appell.ſed ſi appellatio fuerit deſerta,tam iudex qui pronũciauit, eam deſertã quam iudex a quo,in illis condemnare poterit.c.reprenſibilis & ibi docto. de app.quia expenſæ huius temere appellationis, debentur ex dicta decretali reprenſibilis,ut ibi notant Canoni.et late proſequitur Fran.d.c.ex ratione in ſeptima quæſt.princip.uerſi.circa quartum,poſt Cin. Feder.Bart.Bald.et alios ubi per eum, Quinimmo ipſe Iudex,qui appellationem deſertam pronunciauit uel reiecit,etiam ex interuallo poterit in expẽſis condemnare,ut per eundem Franc.in d.c.ſæpe contingit,col.14.uerſ.2.quæritur & uerſ. tertio quætitur,ad appell.

12 Scias tamen quod licet iudex ordinarius poſsit facta expenſarum condemnatione, ſibi illarum taxationem reſeruare,quæ reſer-

uatio

uatio etiam successori in officio facta intelligetur, ad Bart. in d.l. terminato n. 2. et ibi per Bald. C. de fructi. et litium expens. per Bart. Bald. Salic. et Ange. l. si eo. tit. C. de fructi. et litium expens. tamen Delegati Arbitri & Arbitratores & similes, non sibi sed deleganti uel cui de iure, reseruationem facere debēt, Areti. §. hæc autem omnia n. 17. insti. de pœna. teme. litigan. post Bald. d. l. terminato nu. 11. et alios. ubi per eum.

13 Hoc inquam casu, quo iudicis officio rem iudicatam exequentis petuntur talis in procedendo forma seruabitur, citabitur reus ad uidendum productionem listæ siue cedulæ expensarum, dicendum contra uidendum admitti, & committi Notario illarum examen in forma, quo existente contumace, Iudex admittet si & in quantum & examen expensarum notario actuario committet, quod facere potest, secundum Bald. l. 1. ante nu. 3. C. de calumni.

14 Notarius igitur tam per acta coram ipso facta, quam per regesta, si etiam alibi expensæ factæ fuerint, illas diligenter examinabit, & in calce illius cedulæ attestabitur ad quã

15 summam illas ascendere repererit, absq. procuratoris & aduocati salario.

Hoc peracto, citabitur reus ad uidendum taxari & moderari expensas, quo non com-

parente iudex taxabit expensas pro ut in folio,& deinde annotabit in ipsius eiusdem folii calce ad quam summam dictas expensas taxauerit, inclusis salariis procuratoris & aduocati,eritq. hoc casu citatio necessaria, Francus d.c.sæpe col.16.uers.decimo tertio quæritur,de appell.

16 Scriptura tamen quamuis de stilo consueuerit adhiberi necessario non requiritur, Bald.d.l.terminato nu.12.uers.quæro numquid dicta taxatio.C.de fructi.et litium exp.

17 Debet autem actor post eam taxationem iuramēto affirmare,se tantū erogasse quantum in taxatione continetur,& de hoc est tex.in d.§.fin autem alterutra & in aut. post iusiur.C.de iudi.late prosequitur Ias.d.§.fin autem alterutra.n.25.quod parum obseruatur,& male,quia taxatio sine iuramento est nulla ut dicit Franc.d.c.sæpe col.16.uers.decimo quarto quæritur, quod iuramentum ex statuti quoq.forma requiritur ut infra dicā uers.actor uero.

18 Ab hac taxatione expensarum,si debitum modum Iudex excesserit, poterit reus iure communi appellare, Inno.c.fi.extra de his quæ ui metusue causa Bald.d.l. terminato nu.17.C de fructi.et litium expens.Franc.c. sæpe col.16.uers.decimo quæritur,& ibi Alexan.col.15.uers.sed quid si pronunciauit, de appella.

appella.Papien.in for.actio.realis uerſ.et expenſ.n.18.Quod & regulariter in quolibet exceſſu, in articulo executiuo traditum eſt a docto.l.ab executore.ff.de appell.l.ab executione.C.quorum appel.non reci.intellige tu ut poſsit ab exceſſu & eo expreſſo,appellare,per ea quæ dicit Bald.d.l.terminato, & ſequitur Lanfranc.in repeti.c.quoniam contra,in uerbo expenſæ n.11.extra de prob. et ita uidetur, ſentire Philipp.Franc.ubi ſupra qui Bal.allegat,& hoc etiam tenuit Abb.d.c. quod ad conſultationem n.33.de re iudi.cuius opinionem ſequitur ut ueriorem & ampliſsime comprobat, confutatis contrariis Feli.ibi n.18.19.et 20.et ab hac praxi nõ eſt recedendum,

19 Et hæc ut dixi iure communi: ſed municipali iure de quo loquimur, cauetur ut is qui appellat a taxatione expenſarum, debeat facere depoſitum, in pecunia uel pignoribus, eodem modo quo dixi ſupra de depoſito fiẽdo ſi appelletur in executiuis alias appellãs non audietur lib.5.c.51.ex quo ſtatuto, crederem non requiri aliter ut exceſſus exprimatur,quia purgata ſatis uidetur præſumpta calumnia appellantis per depoſitum in actis fiendum,ex ſtatuto prædicto.

20 Vnum tamen admoneo quod ſi hæc taxatio ſemel fuerit confirmata,non dabitur ul-

terius appellatio, nõ solum ex statuto nostro ex quo non permittitur secundo prouocare sed etiam iure communi. Alexandri.c.nouit ad fi.extra de appella.Feli.d.c.quod ad consultationem, post Nicolaũ & Ang.ante n.20. uers.scias quod ubi de re iudi.

1 Sed & ipse iudex qui expensas taxauit, etiã postquam ipsa taxatio ab actore iure iurando quod præstandum dixi, fuerit confirmata poterit ex rationabili causa illam moderare Inn.c.fi.n.5.extra de hiis quæ ui metusue causa, Francus.d.c.sæpe col.16.uers.quarto deci mo quæritur, de appell.qui limitare uidetur in delegato, Ias.post Bald.et Spec.d.§.fin antem nu.26.uers.adde etiam quod taxatio, & hoc idem uoluit, accedente tamen magna causa Alexand.d.c.cum cessante, col.15.uer. quarto decimo fallit, de appell.sequitur Hippo in praxi.crimi.§.superest n.22.

22 Si uero reus ab hac expensarum taxatione non appellauerit unica citatione præcedente ad soluendũ expensas taxatas & mode ratas alias tradi mandatũ iudex mãdatũ exe cutiuũ relaxabit lib.5.c.15.et executio ut in

23 summariis fient.tertius principalis est casus quãdo expensæ quæ debẽtur officio iudicis mercennario nõ sunt in sententia deductæ, sed omissæ, Quo casu licet iure cõmuni reus censererur ab illis absolutus.l.terminato.C.

de fruct.

de fruct.et litium expens.et.l.4.C.depositi, & utrobiq.docto.Ias.d.l.properandum.§.sin autem alterutra n.7.(licet eam omissionem iudex tacere non debeat, nisi cum causæ ex pressione, ut dicit Ale.d.§.sin autem nu.17. & Ias.ibi n.10.et late prosequuntur.d.l.properãdum.§.illo procul ubi omnes.C.de iud. per tex.in.ff.oportet aut.de iudiciis &.c.calumniam extra de pœnis) tamen ex statuto lib.1.cap.98. Victus Victori tenetur reficere expensas, & sic licet expensæ quæ debentur iudicis officio mercennario, in sentẽtia nõ sint deductæ, adhuc tamen condictione ex isto statuto, per Victorem a Victo peti poterunt, Bald.d.l.terminato col.fi.uers.pone dicit statutum.C.de fruct.et litium expen.Ale. ad Bart.d.l.non solum.ff.de rei uend.in uerb. statuto, ubi multæ concor.sentit Imol.l.si tertius.§.celsus in fi.uerbis.ff.de aqua plu.arcẽ. Matthe.nota.81.ubi additio plena, & in casu nostro, nulla cadere potest dubitatio, in quo uerba statuti diriguntur ad Victum, dicit.n. statutum, in qualibet causa Victus uictori reficiat expensas, exceptis casibus in quibus, aliter per aliqua statuta disponitur, non obstante quod de calumnia sit iuratum & quod in sententia non sit facta condemnatio in expensis, in quo statuto uerba partibus & non iudici diriguntur, & propterea absq.dubio

condictione ex eo statuto petuntur, per nota. per Bart.l.1.ff.de condictio.ex lege, & per. Feli.c.significauerunt col.3.uers scias etiam. quod licet, de exceptio, quicquid sit in casibus Bar.d.l.non solum.ff.de re. uend.et.l.3.§. fi.de leg.3 quando uerba iudici & non parti diriguntur.

24 Cessat igitur ex hoc statuto quæstio, utrum iuramentum calumniæ ab expensis excuset, de qua late per doct.d.l. properandum §.sin autem alterutra.C.de iudi.licet hodie communis opinio sit, quod non excuset, ut dicit ibi Ale.nu.21.

25 Sed numquid iusta causa litigãdi ab expensis excuset? & quidem in statuto a nostro nõ multum absimili, doctorum uariæ sunt sententiæ, nam Bald.d.l.terminato n.12.uers.pone dicit statutum, tenet succumbentem ex iusta causa litigandi, ab expensis excusari, & opinionem Bald.secutus est Ale.d.l.properã dum.§.sin autem alterutra n.7.qui dicit hãc opinionem esse ueriorem & æquiorem, cum Ale.uidetur potius transire Ias.ibi n.5.et sequen. & hãc opinionem sequitur, Iacobi ibidem n.3.uers.2.fallit, qui testatur ita teneri per canonistas.c.finem litibus, de dolo & cõtu.sed Imo.d.c.finem litibus col.fi.uers.sed d. Floria.dicit, quod licet opinio Bal.et sequacium sit æquior, tamen opinio glo.reputata

ſingula.in aut. de exhiben.reis in.§.ſancimus uerior eſt & hoc idem tenuit Ang.in d.aute. de exhiben reis, in prin.Cremens.ſing.120. habens & Hippo.de Marſi.l.patre uel marito nu.19.uerſ.limita.2.ff.de quæſtio, dicens ita pluries Ale.conſoluiſſe & atteſtatur hanc eſſe communem opin.et hoc idem uoluit Alberi.de roſa.d.§.fin autem & Oldra.in ſecunda part.ſtatuto.quæſt.192 quid ſi ſtatuto caueatur, quod Victus Victori, & Ratio eorũ eſt nõ ſolum illa quod ſtatutum aliquid ultra ius commune operari debet, ex ſenten.Bar.l. quarta.§.prætor ait uerſ.quæro quid ſi ſtatuto.ff.de damn.infe.ſed etiã ut dicit Cremen. quia per ſtatutum inducitur actio, & quãdo expenſæ debentur iure actionis, ſupra concluſum eſt in uerſ.nec hoc caſu, iuſtam litigãdi cauſam ab expenſis, quæ iure actionis debentur, non excuſare, ſed etiam deberi ſi Iudex reum ab expenſis abſoluiſſet, niſi eædem expenſæ ut debitæ iure actionis petitæ fuiſſent, & propterea inferebat Hippo.d.l.patre nu.30 quod ſi iudex in terminis ſtatuti ſui expreſſe abſoluiſſet reum ab expenſis, ſentẽtia non ualeret, ut pote contraria ſententiæ illius ſtatuti, de quo tamen infra.

Mihi uidetur quod communis opinio ſit cum gloſ.d.aut.de exhiben.reis.§.ſancimus & quod ab ea in caſu præſertim noſtro recedendum.

dendum non sit,tum ex ratione supra allegata per Cremen.quia expensæ condictione ex statuto debentur,tum etiam per uerba statuti,quæ excipiunt tantũ illos casus, in quibus per statuta prouidetur,ut expẽsæ a Victo nõ debeantur,clarum est autem quod exceptio firmat regulam in cõtrarium, Ale.cons.125. nu.6.et cons.159.n.5.uol.2.Decius.l.1.n.27. & ibi Cagn.ff.de reg.iur.credo tamen quod Iudex posit ex iusta causa ab expẽsis absoluere Victũ,per ea quæ infra proxime dicam.

26 Et quamuis supra proxime in uers.sed nũquid,dixerim,Hippo.tenere d.l.patre nu.30. reum absolui non posse, hoc tamẽ in casu nostro arbitror uerum non esse quia Sal.per eũ allegatus,in.l.pr.col.4.uers.quæro ab extra. statutum est Ferrarie.C.quan.prouoca.non est neces.et Fel.in c.inter monasteriũ,in uers. fi.extra de re iudi.loquuntur,in terminis statuti Ferrariensis,quo cauetur quod succumbens habeatur pro cõdemnato,& ideo absolutio iudicis in casu suo non ualeret, tanquã contra sententiam statuti,quibus uerbis circumscriptis aliter dicendum esse ibidem asserit Sali.et propterea prædicta ampliatio Hipp.in casu nostro admittenda non est, & concludendum ex rationabili causa, iudicẽ ab expensis succumbẽtem, absoluere posse, & statutum intelligi eo casu, quando condemnatio

demnatio est omissa.

27 Nec huic sententiæ refragatur quod supra dixi, uers. quarto amplia sententiam iudicis absoluentis ab expensis, non trahi ad expensas iure actionis debitas, quoniam illud procedit eo casu, quo expēsæ debentur duplici uia, una actionis, alia officio iudicis mercennario, & propterea iudex absoluens ab expē sis, intelligitur absoluisse ab illis quæ mercennario officio debentur, ast in casu statuti expensæ ante sententiam nō debentur, nisi iudicis officio, & propterea absoluendo, censetur absoluisse ab illis, quæ per suū mercennarium officium debebantur, quæ sunt eadē cum illis, de quibus loquitur statutum igitur si post absolutionem, Victor uellet a Victo expensas repetere, sibi obstaret rei iudicatæ exceptio, sicq. ulterius peti nō possent, sicut etiam uidemus quod si expēse, quæ debentur iure actionis, sint expresse petitæ, & absolutio sequatur, ulterius peti non poterunt, ex sentētia Ale. et Ias. supra relata, uer. secundo limita, uerum est tamen quod actor ab ista absolutione appellare posset, per ea quæ supra dicta sunt, sed si non appelletur, absolutio tenet quia statutum hoc casu non repugnat.

28 Quæ autem dicatur iusta causa litigandi, & quis censeatur eam habere, plene per Ale.

Ale.d.§.fin autem,n.9.et per Ias.ibi n.8.qui ponit nouem casus & prosequitur Iacobi ibidem n.6.ibi uidebis quoniam hic transferre non expedit.

29 Et penes Ias.d.§.fin autem, n.10.uers.2. principaliter limita annotatatum reperies quæ personæ, & quibus casibus, non debeant in expensis condemnari.

30 His cognitis uidēdum erit hoc casu quando expensæ condictione ex statuto repetuntur, coram quo iudice peti debeant? & quidem non coram Capitaneo appellationum, etiam si is sententiam exequatur, sed coram ordinario peti debent, quia principaliter & de per se iure actionis, siue cōdictione ex statuto, debentur, ut dixi supra uers.tertius est casus, quod patet aperte, quia per statutum datur iudici modus procedendi, & instantia ad expediēdum dierum quindecim, a die pe-
31 titionis numerādorum, & propterea cum Capitaneus sit iudex appellationum, & non primarum causarum, expensæ in casu de quo loquimur, coram eo peti non poterunt, & ita in facti contingentia obtinui, cum id ante a nemine quod scirem fuisset animaduersum, cum passim ubi sententia exequebatur, ibi expensæ ex hoc statuto petebantur & male.

32 Hoc igitur casu quia statutum dicto li.1. cap.98.aperit, quod in expensarum repeti-

tione

tione nullus iuris ordo, uel solemnitas serna ri debeat, sed solum sacramentum Victoris, Iudicis taxatione præcedente, sufficiat, pro cedetur, ex curiæ præscripto stilo, eodē modo, quo dixi, supra uers. hoc inquam casu, ibi uidebis, & eam formā seruabis, prohemium tamen cedulæ expensarum quam Victor producet tale fere erit.

33 Infrascriptam cedulam expensarum dat & facit procurator Meuii contra Aurelium, in causa Ro. pecuniaria, quæ inter dictas partes cora primo collateralis uersa fuit, quam per uos D. Iudicem recipi, & illas examinari & taxari, & pro illis mandatum executiuum relaxari iuxta formam statutorum petit & instat, omni meliori modo.

Sed exhibita expensarū cedula cautus succumbentis patronus, diligēter quæ inibi annotata sunt pēsabit & penes actuarium & penes iudicem, quæret omni industria, cliētem subleuare, præsertim in salariis procuratorū

34 & aduocatorum, quæ a statuto lib. 4. part. 1. cap. 33. satis leuiter taxantur, & cuius statuti forma etiam in taxatione expensarum seruāda est ut dicit statutum prædictū in fine sicq. curabit quātū poterit clientem exonerare.

35 Actor uero non cessabit, post taxationem iudicis, suo iuramento affirmare tantum expēdisse, quia hoc, statutū requirit pro forma, ultra

ultra quod de iure cōmuni requiritur ut dixi supra uers. debet autem, ubi admonui ex sententia Philippi Franchi, taxationem iuramento omisso, nullam esse.

36 Si quis ab hac expensarum taxatione, appellare uolet, summam taxatam aut pignora plus ualentia deponere debet, eisdem modo forma temporibus, quibus deponere tenentur illi, qui appellant in causis executiuis, de quibus dixi supra de appellationibus in executiuis.

37 Et ex statuto prædicto quod est lib. 5. c. 51. crederem, nō esse necesse quod exprimatur excessus, in appellatione, ut supra dixi uers. & hæc, quia depositū purgat omnem præsumptam calumniam appellātis, & statutum simpliciter appellare permittit, deposito facto,

38 Sed quid si ambæ partes succumbant aut uincant, quo modo hoc casu ex hoc statuto repetentur expensæ? nā si id cognoscemus, pariter & nobis notum erit quid agendum sit, quando iudex Victum Victori, pro rata uictoriæ condemnabit, & in hoc casu milis in suo reper. in uerb. expensæ cōpensantur, tenuit quod mutuis factis petitionibus, si, uterq. reus & actor, absoluantur in negocio principali, uel unus pro parte uincit, pro parte succumbit, compensatio fiat: Sali. uero l. generaliter. §. his de præsentibus ad fin. C. de

rebus

rebus credi. tenet quod unsquisque, teneatur pro rata, in qua succubuit, idem uero Sali. in.d.l. properandum §. sin autem alterutra, n. 20. aliter et melius sentit, distinguendo; Aut enim actor petiit plus debito, quia sibi debebantur centum, & ipse petiit centum quinquaginta, & tunc quia ratione par
39 tis licitum fuit totum negare, hoc casu reus succumbens in parte, non tenebitur ad expensas, & hæc fuit opinio Bar. l. qui solidum, in prin. de leg. 2. quam dicit communiter teneri in hoc, licet aliter sit in respódendo positionibus: Ale. l. i. §. si stipulanti. nu. 8. & ibi Alcia. in fi. de uerb. oblig. & Sali. in eodem. §. sin autem alterutra, sequuntur Ale. nu. 24. & Ias nu. 17. & Iacobi nu. 18. Cagno. l. non potest uideri improbus nu. 7. ff. de reg. iur. qua
40 in re animaduertendum est, quod Sali. Ale. & Iacobi. d. §. sin autem dicunt, quod actor hoc casu quia plus debito petiit, condemnabitur reo in expensis in illo pluri, quod plus debito petiit, reus uero actori non condemnabitur in aliquo, de quibus omnino per Spec. tit. de expen. §. penul. in fi. qui pulchre has taxationes & ratas distinguit.
41 Hoc in loco animaduertendum est, quod si fuisset petitum debitum iam solutum, aut pars debiti soluta, a creditore, qui illud recepisset, uel si ipse creditor negasset positionem

tionem rei, in qua satisfactio contineretur, quod actor ipse condemnabitur in pœna, ex statuto lib.3.c.81.et poterit etiam reus, contra istum actorem iniuriarum agere, ut dicit Paris de Pute.in tracta.scindica.in uerb.iniuria in pri cap.

42 Sed si in diuersis capitulis, uictoria uni & alteri cōtingat, tunc pro rata uictoriæ expensæ debebūtur, uel pro medietate, & erit compensatio, uel pro tertia aut pro quarta, & tunc pro rata uictoriæ, repetet unusquisq. ut dicit Bal.d.l.terminato n.16.Imol.d.l.qui solidū, & Iacobi.d.§.sin autem alterutra & Cano.c.finem litibus de dolo & contu.

43 Et aduerte tu qui uicisti pro parte, ut procures quāto citius taxationem, nam si aduersarius, te præueniret, non fieret sui liquidi, cum tuo illiquido, compensatio, Bal.d.l.terminato n.16.uers.modo proponamus.

44 Et notabis unum, quod si iudex in sententia in qua ambo actor & reus sunt uictores, simpliciter Victum Victori condemnaret, in expensis, talis sententia esset nulla; ut dicit Ias.post Bart.d.§.sin autem n.16.et hoc ratione incertitudinis, licet Iacobi ibi n.26.dicat, se post Bald contrarium sæpe consuluisse, & propterea hodie a peritis iudicibus adiciuntur illa uerba pro rata uictoriæ, quæ distribuunt secundum uictoriam & omnem am-

biguitatem tolunt.

Quoniam autem, frequenter in contro-
50 uerſiam ueniunt expenſæ, quæ fiunt in reaſſu mendis publicis inſtrumentis, ſciendum eſt, quod ſi illa ante morã rei fuerint ſine requiſitione reaſſumpta, intelligo etiam de mora per interpellationem diei, in ipſo met obligato, quod tales expenſæ non debebuntur, ſecundum Bal.l.non ignorat n.4.uerſ.modo ego quæro.C.de fructi.et liti.expenſ.et ideo inoleuit praxis, præſertim ſi reus ſit perſona. quæ in ius alterius ſucceſſerit, interpellandi reũ pro implemento eius quod in inſtrumento continetur, proteſtando uelle reluere inſtrumentum ſumptibus rei, in qua proteſtatione ſit cautus proteſtãs, ut perſonam ſuam legitimet, ad Bar.l.ſi quis inficiatus.ff.depo.
51 per Ale.conſ.78.col.2.uerſ.nec obſtat quod maritus, uol.5.per Rip. in repeti.c.cum.m. Ferrarienſis.n.137.ad fi.de conſti.late per Tiraquel.de retraict. lignagnier.§.36.in glo.2. nu.5.quicquid tenuit corſettus, in ſingularibus ſuis in uerb.procurator.

Et nota quod prædicta denuntiatio & interpellatio debet eſſe plena, cum ſuis qualitatibus ex quibus certiorari poſſit reus alias in mora non conſtitueretur, ut plene per Tiraquel.d.§.36.n.32, et per Cagno.d.regu.qui in alterius nu.18.et hac ſi fiat illi qui certus

KK non

non ſit,alias certus certiorari non debet.l. pri.ff.de actio.emp.cum ſimi. ut idem Cago. dicit ibidem n.20.

Et ſcias quod quis poteſt habere certo tẽpore iuſtã cauſam litigandi,& certo tempore nõ.& ideo cauti patroni qui Deũ timent, cum primum ex productione iurium actoris, uel teſtium apertura,cognoſcunt clientem iniuſtam cauſam fouere,conſulunt ut liti cedatur, & ſic expenſas cedens euitabit, ex dicta doctr. Bart.l.ſi quis inficiatus.ff.de po.de quo late per Deci.et Cagno.in d.regu. qui in alterius.ff.de regu.iur.et aliqua etiam per docto.d.l.properandum.§.ſin autem alterutra.C.d.indi.ibi uidebis.

48 Ceterum ſi quis plenius expenſarum materiam attingere uoluerit (nam hæc quantum ad inſtitutum opus mihi ſufficere uiſa ſunt)uideat canoni.c.finem litibus de dolo. & contu. docto.d.l.properandum.§.ſin autem alterutra et.§.illo procul.C de iudi.per Philipp.Franc.c.ſæpe contingit.ad fi.qui ponit decem & octo.notabiles quæſtiones, & ibi aliqua per Alexandri. extra de appella.

Scias etiam quod ſi iudex in prima inſtan-
94 tia condemnationem expenſarum omiſerit & iudex appellationum ſimpliciter in illis condemnauerit,quod cenſetur condemnaſſe in expenſis. tam primi quam ſecundi iudicii

dicii Feli.c.significauerunt n.7.uers.demum extra de exceptio.

50 Vnum tamen non omittam, quod succumbens ex iuramento suppletorio, aduersario delato, expensas non reficiet, Bald.l.generaliter col.4.C.de epis.et cle.Alex.cons.122.in fi.uol.2.et d.l.properandum.§.sin autem alterutra n.17.uers.subdit, licet secus sit in eo qui, ex iuramento decisorio succumbit, ut dixi supra allegando Ias.hoc tenetem in d.l. properandum §.sin autem alterutra nu.10. uers tu autem aduerte.C.de iudi.quod intellige de iure, sed ex statuto nostro, si iudex nõ absoluisset, tunc is qui ex iuramento suppletorio succubuit, ab expensis non excusaretur ex suprascripto statuto, retenta communi conclusione pro uera, quod iusta causa liti-

51 gandi in statuto ab expensis non excuset; Et per hæc ad laudem Omnipotentis Dei Trini & uni & Gloriosæ uirginis Mariæ sit hic tractatus expeditus. in quo me correctioni omnium melius sentientiũ libentissime subicio quin immo rogo & obtestor melius sentientes ut ad communem utilitatem corrigant deleant addant & suppleant.

FINIS.

A

mensibus

cere

Appellare

in tertia

peti

Articuli

C

ti.

de cauſ.

poni

amplius

Dictio

Duæ

tione

possit

dandis,

Forma

Forma

Instantia

Iuramentum

titu.

Mercedum

Notarins

ut hic,

uices

NN *Reassum-*

 non


quibus


cogno-

T

maiorum

FINIS.




BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



